

Ann. III.

Num. XVII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES
LONDON W. — 28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.
NEW YORK, 143 w 95th St.

IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND
NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

LUGDUM

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
Rue Victor Hugo, 5

IN GALLIA

LUTETIAE PARISIORUM
LIBRAIRIE VIC ET AMAT
CHARLES AMAT SUCC.

Rue Cassette, II.

IN HUNGARIA

Apud C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE
BUDAPEST, Palais du Théâtre National.
Rue de Metz, 41.

RERUM INDEX

DIE NOMINALI LEONIS XIII PONT. MAXIMI — XIV KAL. SEPTEMBR. A. MCM.	P. Angelini.
QUODNAM ERIT SAECULUM?....	Senior.
DE ROMANORUM BIBLIOTHECIS.	I. Iachino.
DE EXTRANEIS ARTIBUS APUD BARBAROS AFROS INVECTIS	A. Costaggini.
CONCORDIA IULIA	M. Belli.
EX GALLIA — De omnium rerum Expositione Parisensi	A. Vieillot.
DE LATINITATE IN SCHOLIS TUENDA ITERUM, ET NON AMPLIUS	H. D. V. Pieralice.
EFFOSSIONES NOVAE IN ROMANO FORO PERACTAE....	Romanus.
COMMUNIA VITAE — Aestiva ad Romam in suburbano coenatio	P. Alexis.
ANNALES	Poplicola.
LIBRORUM RECESIO	I. A.
AENIGMATA	V. Cariolato.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Praecepta ad oculorum aciem servandam — Telephotographus — Producenda vitae causa motus — Stilitane alter? — Novae medicinae ratio — Ioci	P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCCC

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

- NICHOLAS I. STAFFEL, C. S. C. *'Επιτομὴ τῆς Καρῆς Αὐθίγυντης.* - Ex off. Athenaei ad Nôtre Dame (Indiana), 1900.
 De Horatii arte critica nonnulla scripsit ALOISIUS MANNUCCI litterarum professor. - Emporii, ex off. Titi Guainai, MDCCXCIV.
 E. SIENKIEWICZ. *Andiamo a Lui.* Novella storica del tempo di Cristo. Nuova versione del Prof. ENRICO SALVADORI. - Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc. 1900.
 EDUARD NAVILLE. *L'indépendance des Républiques Sud-africaines.* - Genevae, 1900.
 AMERICO CAN. BEVILACQUA. Trattato dommatico, giuridico e morale sul matrimonio cristiano secondo la dottrina di S. Tommaso, di S. Alfonso e dei migliori autori in conformità dei documenti più recenti della S. Sede e coll'aggiunta di una parte speciale riguardante le leggi civili e le disposizioni del Codice civile italiano sul matrimonio e la filiazione. - Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., 1900.
 Un'ultima parola sulla mistificazione Massonica di Leo Taxil. - Romae, 1900.
 GIUSEPPE Mengozzi. *Hortorum origo.* Carmen. - Florentiae, ex off. Henrici Ariani, 1900.
 Prof. DIOMEDE RODANI. La storia vera di Beatrice Cenci scritta nel terzo centenario della sua decapitazione. - Romae, ex off. Tiberina Friderici Seth, 1899.
 FERDINANDO PELLEGRINI. *Pio VI P. M. Abate in Subiaco e Martire a Valenza.* Elogio funebre letto nel primo secolare anniversario celebrato solennemente nella Cattedrale Sublacense il di xxix Agosto MDCCC XCIX. - Romae, ex off. Tiberinae Friderici Seth, 1900.
 Ad Excellentissimum Marium Soglieram iurisperitum quum omnium bonorum civium suffragiis supremum civitatis iniret magistrum. Carmen ANTONII VALENTINI. - Anxure, 1900.

COMMENTARI "VOX URBI", INDICES SINGULI

XI num. ann. III.

De popularibus legislatorum comitis - P. ROSSANI.
 De linguae latinae natura ac proprietate - P. RASI.
 De stela in Romano Foro effossa novae animadversiones - ROMANUS.
 In hodiernum « progressum » - FR. XAV. REUSS.
 De quadam transvaliana poesia - T. PACI.
 Ex Americis - *Philocetes Sophoclea* tragoeida in scenis acta - I. B.
 Tuscaniensis S. Petri aedes - A. COSTAGGINI.
 De quorundam moroso musicorum ingenio - HER-SILUS.
 Vita functi viri clariores - P. A.
 De labyrinthis - A. VIEILLOT.
 Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
 Communia vitae - De indumentis virorum - P. ALEXIS.
 Quaesitus responsio - De latini eloquii pronuntiatione - H. DOSWALD.
 Annales - POPLICOLA.
 Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
 Aenigmata - TIRUNCULUS.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
 Varia: *Singulare expurgisculum* - Melodion - Ioci - P. d. V.
 Epistolarum commercium - A. SECRETIS.

XII num. ann. III.

Opérariorum familiæ - P. ROSSANI.
 De certamine poetico Hoeufftiano - A. BARTOLI.
 De saltus Polonorum origine qui dicitur « mazur » - I. WABNER.
 Ex Gallia - De nova gallicae linguae ortografia - MONTELUCCIUS.
 « Tuberculosis » arcendae ratio - R. SPINA.
 Dantis Aligherii visus centenaria commemoratio - H. SALVADORI.
 Ex Dante Aligherii - *Inferi* - Carmen primum - I. BONAVENIA S. I.
 Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
 De secretis Sinensium sectis - A. COSTAGGINI.
 Communia vitae - Venatores et venatoria - H. D. V. PIERALICE.
 Peculiare donum socio datum - Vox Urbis.
 Annales - POPLICOLA.
 Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
 Librorum recensio - P. A.
 Aenigmata - I. CASTELLI.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
 Varia: *Finis orbi terrarum ingruitne an multis abhinc annis incepit?* - Electrofraenum - Ioci P. d. V.

XIII num. ann. III.

Quae xx saeculo facienda xix saeculum scholis trahiderit - SENIOR.
 Sinenses pugiles - A. COSTAGGINI.

Thomas Ketteler - P. ALT.
 Rolandus adolescens - I. ANTONELLI.
 Ad solem, Quingentesimo recurrente anno ab aca-demia Cracoviensi instituta carmen saeculare - I. WABNER.
 « Seroterapia » apud veteres - G. P.
 Bonarrotii absis Florentiae - ALPHA.
 Romuli sepulcrum et Volcanal - ROMANUS.
 Gherardi « delle notti » tabula coenam referens - X.
 De auxilio naufragis ferendo - R. SPINA.
 Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
 Quomodo Berlioz musicis se dederit qui medicus prope est factus - LAELIUS.
 De modo et ratione educandi tauros ad cursum penes Hispanos - HER-SILUS.
 Quaesitus responsio - De una eademque recta apud omnes pronuntiatione latina - H. D. V. PIERALICE.
 Quæstiones inter socios propositae - De Henrici Sienkiewicz commenticia fabula quæ inscribitur: *Quo vadis?* - Vox Urbis.
 Annales - POPLICOLA.
 Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
 Librorum recensio - I. F.
 Aenigmata - F. PALATA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
 Varia: *Sinensis orbis circumvallatio* - Ambulatoriae aedes Iustitiae — Temporis per hebdomadas distri-butio - Ioci - P. d. V.

XIV num. ann. III.

Indictio litterarum certaminis additi dies - Vox Urbis.
 De Europæ gentibus foedore iungendis - P. ROSSANI.
 De capillorum et barbae usu apud Romanos - A. BARTOLI.
 Ex Gallia - De omnium rerum Expositionibus deque hodierna Parisiensi - A. VIEILLOT.
 De Sinae et Iaponia incolis - T. PACI.
 De saltus Polonorum origine qui dicitur « Mazur » - I. WABNER.
 Carmen puellare - Melodia popularis Polonorum sive « Mazur » - S. NOSKOWSKI.
 « Zingari » qui dicuntur - HER-SILUS.
 Salvatoris Rosae tabula Catilinæ coniurationem re-fers - LAELIUS.
 Ioannes Gutenberg - A. COSTAGGINI.
 Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
 Sapientum inventa - M. LANI.
 Horae subsecivæ - Ignes arte facti in monte Pincio - B. NELLI.
 Ferdinandus com. Capponio Pisanius archie-piscopo ob eius recuper. e gravi morbo valetu-dinem an. MCM - I. BATTANIUS.
 Communia vitae - Propriae quibusdam quadrupedi-vibus voces - H. D. V. PIERALICE.
 Annales - POPLICOLA.
 Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
 Librorum recensio - I. F.
 Aenigmata - DIGAMMA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
 Varia: *Manifaci lapidas* - Quam diu liceat carere somno volentibus - Ioci - P. d. V.

XV num. ann. III.

Futura militiae dominatio - SENIOR.
 De grammaticorum ac rhetorum officiis apud Ro-manos - I. IACHINO.
 De Henrici Sienkiewicz libro « Quo vadis? », in-scripto - I. ANTONELLI.
 In Ioannem Baptistam N*** tecto nomine Rufum ephebei cuiusdam olim alumnū - LEO PP. XIII.
 Manicomia apud maiores - P. ALEXIS.
 Tuscaniensis aedes S. M. Maioris - A. C.
 Ex Gallia - De omnium rerum Expositione Parisiensi - A. VIEILLOT.
 Sinenses portus - A. COSTAGGINI.
 Angelus (Rossorum fabella popularis) - N. FESTA.
 Communia vitae - De papilionibus ac de messe - H. D. V. PIERALICE.
 Annales - POPLICOLA.
 Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
 Aenigmata - DIGAMMA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
 Varia: *Quid si celeriora hodiernis electride itinera?* - Ioci - P. d. V.
 Sociis monitum - A. SECRETIS.

XVI num. ann. III.

Margaritæ Italorum Reginae in nece Humberti co-niugis - Vox Urbis.
 Humbertus I e Domino Sabaudia - FORFEX.
 De tuenda latinitate - H. D. V. PIERALICE.
 De disciplina « sociologica » - P. ROSSANI.
 De Sedulio poeta christiano - I. LEMETTE.
 Passio Christi in scenis acta ad Oberammergau - LAELIUS.
 Solaris qui dicitur ictus - R. SPINA.
 Ex Batavia - Feriae studiosorum Lugduni Batavorum habitæ - L. P. MICROVIR.
 Geographiae studium in scholis - F. R.
 Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
 Quaesitus responsio - De una eademque apud omnes pronuntiatione latina - A. SORDET.
 Amygdala - A. BARTOLI.
 Annales - POPLICOLA.
 Librorum recensio - A. P. - I. F. - I. A.
 Aenigmata - A. E. DE DRUFFEL.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
 Varia: *Ioci ex historiis* - P. d. V.
 Sociis monitum - A. SECRETIS.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PREIUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15. M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

QUODNAM ERIT SAECULUM?

PLURES ac diversae in rem a pluribus ac diversis fuere sententiae, immo sunt; unusquisque quid sperat, quid metuat profert; prudenter enim est futura scrutari, uti publicis privatisque unusquisque prospiciat. Graves auctoritate, experientia, aetate, consilio multa protulerunt; nos omnia, quo breviori possumus, compendio colligemus et enarrabimus.

Qui physicis toti sunt rebus praeteritum a « vaporivehis » et « vaporitrahis » vocavere saeculum; ab electride incumbens et incubans; saeculum, quod secundo millennio orietur, e « magnetismo terrestri » nuncupandum praenuntiant.

Qui politicae philosophiae dant operam, et quae reipublicae sunt in regendo humano genere quaerunt, abiens a « liberalismo » dixere saeculum; a « socialismo » accedens; at hoc saeculo, cui erit a « nihilismo » nomen, daturum dies praenuntiant.

Numquid ultra? Sunt et « geodynamia » imbuti plures recte autem id, aut minus, ignoror — qui et scire se, et iure posse fateri dictitant, observatis diu servatisque multis, ingentem humano generi calamitatem impendere ex terrae motu magno, qui terrarum omnium faciem futuris evertet saeculis, et quassabit.

Quid non sibi spondent astronomi, « telescopiis » perfectis ad apicem, et luce iuvante? Iam colloquia cum habitato-ribus planetarum proximorum inibunt!

Domito aere et in servitatem redacto, aeria navigia hac illac abibunt vehiculis tutiora terrestribus. Luce subiecta penitus, radiis, quos X nuncupant, brevi conspicillo utentes ex motu nervulorum cerebri cogitationes hominum, non lingua sciemus quae sentiunt, absque fraudis et mendacii periculo, itemque ex motu praecordiorum quae velint.

Iam vero quid superest, si medicis illud ar-

rideat, quod potissimum viventi cuique est; posse nempe iura mortis infringi, et mortiferis extermi- natis ac deletis bacillis, indefinitum vitae spatium dari mortalibus, qui exinde immortales dicentur?

Ego, siquid est in me ingenii, spem credo factis multo ampliorem, et dum hortor eos ut

Procul dubio est humanum genus, indignans, quibus obstringitur vinculis, sua, ut aiunt, sacra, aeternum libertate deceptum, semper id contendisse, ut qua par erat libertate frueretur. Libertas autem non ea facultas est, qua possit homo, quae velit, per fas nefasque patrare, sed ea, qua bonum, nemine vel impediente, vel praepediente, operetur. Iudex autem boni et aequi non humana voluntas, sed ea lex, quae sit bona et iusta et a Numine Deorum tracta ratio, ad quam non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus. Cui pareant omnes necesse est, sive servus sit sive dominus, sive populus sive dominator. Quia iubente quae facienda sunt, et prohibente contraria, si omnes dicto audientes sint, si iussis supremae huius legis obtemperent, vitium omne procul et perturbatio, tranquillitas autem et plena quies, foecunda penitus optimorum, et vita hominum nullis cupiditatibus agitata. Verum ubi dominandi per iniuriam et maleficia cupido incessit, ubi pro continentia et aequitate lubido atque superbia invasere, cumque iis auri fames, omnium suada scelerum, et rabies inexplebilis voluptatum, cuncta pessum ire, cuncta subverti, et pater populi factus est rex, et quasi grex populus modo ferro necandus, modo vellere spoliandus. Barbaris, undique et ubique Romanum occupantibus et discerpentibus imperium gladio et hasta, nihil tutum, nisi vi, fuit; inde excidia. Postea saevitum etiam est in Pontifices, qui Langobardos atrocissimos, Henricos, Fridericos, et reliquos, eodem modo saevientes, religiosis poena et segregatione coercere tentabant, ac, nisi resipiserent, suppliciis mulctabant aeternis. Facilis contra inermes victoria; hinc plures ex iis carcere, exsilio, saevitiis agitati finem sanctissimae vitae martyrio fecerunt, seque Augusti omnia vel in divinis posse adstruxerunt, populos pro arbitrio oppreserunt.

Venales aulici Caesarismi nomen huius regiminis ritui, quem ego tyrannidem plenius

DIE NOMINALI

LEONIS XIII PONTIFICIS MAXIMI

XIV KAL. SEPTEMBR. A. MCM

*Gallicas inter generata clades
Haec suos aetas maculavit ortus,
Nec Patris risu recreata primas
Ebbit auras.*

*Sede nam Petri vacua, perempto
Braschio, vitae tetigit sinistram
Limen, in tristes refluenta cunas
Sanguine regum.*

*Crevit extenta velut arbor umbra,
Occulens vastae cumulum ruinae;
Protulit fructus lacrimis onustos
Exule Christo.*

*Siste fatalem moritura cursum
Ad fores magni vigiles Leonis;
Hoc super cernes adamante sculptum
Temporis omen.*

*Astra tangentem religata caelo
Ignis absumet; populo renidens,
Sidus intactum, Ioachim beatam
Porriget horam.*

PETRUS ANGELINI.

in meliora nitantur, optima consequi posse despero. Verum illa ad trutinam revocanda puto, quae resplicas propria respiciunt, et gentium pacem in discrimen adducunt; quiete enim publica ac tranquillitate familiarum sublati, cetera, quae sperantur, non possunt ullo modo consistere. Qua in re nonnihil ex historiae documentis accipiam; prudentiae mentique legentium reliqua commendabo.

dicam, imposuerunt. Delabentibus post haec saeculis, et libertatis instinctu plebem occulte incendente, asperatam in dynastas praesertim, quorum ab avaritia et libidine opes et filias et uxores integras servare licitum non erat, horribili impetu illa eruperunt, quae decennium ultimum xviii saeculo nobilium caede cruentarunt. Hinc xix saeculo liberales appellati sunt ii, qui libertati favent, populo libertatem, si quando ipsi supremo potirentur imperio, pollicerentur. Hos aura popularis evexit, eoque deduxit, ut, si quis liberalismo adversaretur, urendus infamia, indignus vita, et vovendus infernis furii haberetur.

Sed in ipso liberalismi pectore nova dominatio repente orta est, nempe ea, quam opes parant, pecunia exercet, monoplia ducunt. Hinc novae in populis irae, novus tremor, quae, qui callidiores in gentibus, lege quadam et syllabo coercuerunt, ut honores, quos quieta republika adipisci posse desperant, perturbata et subversa penitus consequantur. Quid autem si quoque divitias? Fabritiorum, Aristidum, et Phocionum iamdiu exoleverunt aetas. Nostris temporibus itaque liberales minoris habentur, nec in pretio sunt apud vulgus praeter eos, qui communia omnia facienda, dividenda omnia proclamat, ne quis in republica sit pauper, ne quis dives. Nemo dicat haec fieri intemperantia, licentia plebis; nemo adstruat causam alibi, imponens arenae mobili fundamenta molis gravissimae. Sciens futuri temporis exitum praecaverat haec qui dixerat: « quod superest date pauperibus »; cui si divites huius saeculi paruisse, nunc profecto nec tremerent, nec horrerent. Nam et praenotatum hoc quoque est: « ecce occurunt sibi pauper et dives; utrumque fecit Deus ». Quid si famelicus in ferentem sarcinas panis occurrat? Petet; si negetur, arripiet; in reluctantem depugnabit acerrume. Quid post victoriam, praeter mortem aut servitutem duressimam occumbentis? Itaque liberalismus, qui iura Dei abrogaverat, et iura hominis tantum superesse passus erat, nunc hisce iuribus coepitus est undique premi, et solo depulsus, quod occupaverat: Deo delecto, singulorum iuribus necessitate ineluctabili parebit. Quam ingruere necessitatem nemo est qui non videat; quae enim in armis fides, si armati ipsi nova religione ista inficiantur? Nullum profecto effugium, subsidium nullum nisi in religione christiana, qua dives auxiliatur ut frater pauperi occurrat, pauperem dives ut fratrem tueatur. Et iam tempus adest uti, qui possunt, et resipiscant et faciant. Scriptum quippe est: « iota unum, aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant »; itemque: « caelum et terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt ».

Haec ubi fuerint, sublatum omne discidium, omnium calamitatum causa sublata. Humanum genus quasi familia quadam continebitur, cui pater Deus. Sin autem, timeo ne, post haec civilia bella truculentissima, truculentissimis peiora videamus. Nam in socialismo ipso, cui auctoritas civilis et religiosae aliquid sociabile, quamvis informe, est, nihilismi, nempe anarchiae, sunt

germina, quae auctoritatem omnem, familiam, et siqua naturae sunt altiora subvertent. Quid autem tunc orbis terrarum nisi bestiarum silva frementum et in caede totius humani generis atrocissime debacchantium?

Utinam haec inscribi possent, ut olim ab Esdra: « excitabitur, quod nondum evigilat, saeculum, et morietur corruptum »! Quae tamen apparent, quae coniicimus, ea nos calamo fumigante et festinante notavimus, nos, quibus viatae, aetate iam in sepulcrum proclivi, breves anni, et exigui, et pauci restant, quos proinde nihil ex iis, quae prudentes consideravimus, aspicienda manebunt. Qui sapientes, qui iuvenes, qui valent, ipsi provideant, ipsi prospiciant, ipsi verbo scriptisque satagant, ut omnia convertantur in bonum; sanabiles enim Deus fecit nationes, neque, donec christiana res erit, de salute publica credimus desperandum.

SENIOR.

DE ROMANORUM BIBLIOTHECIS

QUAMQUAM antiquitus Romani libris non carebant, eorum tamen adeo exiguis erat numerus, ut iure nulla exstiterit bibliotheca, quae civibus usui et utilitati esset; proinde cum in disciplinas tum in bibliotecas maiori alacritate animum intendendum esse censuerunt.

Ante omnes P. Aemilius, ut narrat Plutarchus in Vita eiusdem, bibliothecam Romae habuit ex libris conditam Persei Macedoniae regis devicti Romamque advecti anno 585. At parva potius librorum collectio fuisse dicenda illa est, qua Polybius, Scipionis P. Aemilii filii familiaris, magnopere est usus. Primam bibliothecam aedificandam Sylla curavit, qui anno 667, Athenis expugnatis, praeter cetera spolia Apellonis Teii bibliothecam Romam traduxit, cuius magnitudinem Lucianus testatur, qui in dialogo adversus indoctum ait cuidam: « Si librōs etiam quos Sylla Athenis in Italiam transvexit haberes, magis fortasse doctus essemus? »

At ne ista quidem, ut videtur, publica fuit; ea autem iure bibliotheca habenda est, quae omnium disciplinarum, artium, litterarumque libris abundans, omnibusque communis, facile iis qui eam adeunt, notiones, quibus opus est, utilitatemque praebeat.

Paulo post quidam nomine Teophrastus, ut tradit Suida, cui magister Istieus, quod a pueritia condiscipulos, quibus ingenio praestabat, ultra modum vexaret, cognomentum Tyrannionis imposuerat, captus a Lucullo in Mithridatico bello, captivusque Romanus ab Amiso in Ponto deductus, ibique a Murena emptus, moxque in libertatem vindicatus, triginta milium voluminum bibliothecam condidit aere suo, quod ex disciplina arte, in qua excellentissimus erat, collegerat.

Discipulum habuit, inter alios, Q. Ciceronis fratris filium, teste ipso Tullio ad Quintum fratrem: « Quintus tuus puer optimus eruditus egregie; hoc nunc magis animadverto, quod Tyrannio docet apud nos ». Alteram aedificavit Lucullus, primus omnium litterarum atque eruditorum munificentissimus patronus (qui enim eum antecesserant, quibusdam tantum poetis vel philosophis faverunt), in qua narrat Cicero (1) Catonem invenisse qui plura stoicorum philosophiae scripta expendebat.

(1) *De finibus*, lib. III, 2.

T. Pomponio Attico etiam bibliotheca fuit, qui, ut a Nepote accipimus, a rebus publicis remotus, Ciceronis, Hortensii aliorumque amicus studiis operam dedit, eruditos dilexit, iisque saepe subvenit.

Ad eum Cicero scribebat: « Libros tuos conserva, et noli desperare eos me meos facere posse; quod si assequor, supero Crassum divitiis, atque omnium vicos et prata contemno ». Item: « Bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas, quamvis acrem amatorem inveneris: nam ego omnes meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem ». Atque iterum: « Libros vero tuos cave cuiquam tradas. Nobis eos, quemadmodum scribis, conserva. Summum me eorum studium tenet, sicut odium iam ceterarum rerum; quas tu, incredibile est, quam brevi tempore quanto deteriores offensurus sis, quam reliquisti » (2).

Librorum collectionem idem Cicero comparavit, de qua saepissime in epistolis mentionem facit. Ita enim ad Atticum: « Offendes designationem Tyrranionis mirificam librorum meorum, quorum reliquiae multo meliores sunt, quam putaram. Etiam velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinitoribus ad cetera administris; iisque imperes, ut sumant membranulam ex qua indices fiant, quos vos, Graeci, ut opinor, στρατηγούς appellatis » (2).

Magnus autem dolore affectus, cum Dionysius captivus, ab ea nonnullis libris raptis, effugit, scribit Sulpicio: « Dionysius servus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit, cum multos libros surripisset, nec se impune laturum putaret, aufugit. Hunc si tu mihi restituendum curaris, non possum dicere quam mihi gratum futurum sit. Res ipsa parva, sed animi mei dolor magnus est. Ego si hominem per te recuperabo, summo me a te beneficio affectum arbitror » (3).

Graecorum librorum selecta collectione gloria-batur etiam Quintus, Ciceronis frater; cui Cicero ita scribit: « De biblioteca tua graeca supplenda, libris commutandis, latinis comparandis, valde velim ista confici, praesertim cum ad meum quoque usum specent. Sed ego mihi ipsi, ista per quem agam, non habeo, neque enim venalia sunt, quae quidem placent, et confici nisi per hominem et peritum et diligentem non possunt; Chrysippo tamen imperabo et cum Tyrannione loquar » (4).

Ex Ciceronis epistolis accipimus quoque Faustum, Syllae filium, magnam et exquisitam bibliothecam habuisse in villa Cumana: « Ego hic pascor bibliotheca Fausti. Fortasse tu putabas, his rebus Puteolanis et Lucrinensis. Ne ista quidem desunt. Sed mehercule a ceteris oblectationibus ut deseror et voluptatibus propter rempublicam, sic litteris sustentor et recreor; maloque in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum sella curuli » (5).

At omnes semper privatae fuerunt, iisque cives vel amici propter familiaritatem utebantur; primus Caesar graecorum latinorumque librorum quas maximas posset civibus pandere bibliotecas in animo habuit, Marcoque Varroni, ut ait Suetonius, comparsandarum et digerendarum curam dedit. Varro autem, ut hunc quoque non praetermittamus, bibliothecam confecit, ut satis constat ex Plinii senioris verbis: « M. Varronis in biblioteca, quae prima in orbe ab Asinio Polione ex manubiis publicata Romae est, unius viventis posita imago est » (6).

(1) LIB. I, ep. 10, 11. (2) LIB. IV, ep. 4. (3) LIB. XIV, ep. 77. (4) LIB. III, ep. 4, 5. (5) LIB. IV, ep. 10. (6) LIB. VII, cap. 30.

Caesar, ut quidem dignissimi Brutii coniuratio luntatem adimpedit, Libertatis templi belli excussa, prlatinisque codicis.

De Augusto Suetonius: « Tertinae domus ex rari a deo harus cum bibliotheca ex vicino temple. Itemque: « Quod nepotum scilicet Octaviae, the historico Dionae, didicit.

Horum exemplum seculorum libris mentio oculi registratusque gerendi facienda sunt vestigia amplissima decorum maiestatis pinacothecas, publicorum operum domibus eorum iudicia arbitrio.

Idemque adiungere debent: usque in bibliothecis his quae ad meritos et humores vitianos procreant, eas et ritus pallore volunt.

De Asinii Pollione: « gusti in atrio Aenei eleganter loquuntur, sive data, in statui me res ab eo. Ut libros colligunt: Augustus Pompeius legit: qua in re auctoritate thecarum custodit dignum videbatur, ut Vibium Aeneum libertum, L. Frontonem praeter Varrone, cuius ignota fama delectos, praeservatissimum.

DE EXAPUD BARDI

MEMINI me in quodam iucundas sane et Luschan, viri Aenei debatur peracutus revelaret ethnogadspectus et mores saepe doctorum non alia de causis vetustissimam operem.

(1) Suet. Vita Aenei, cap. 7, 8. (4) Tr.

ca fuit, qui, ut
remotus, Ci-
tudiis operam
venit.

os tuos con-
facere posse;
lavit, atque
em: « Biblio-
eas, quamvis
omnes meas
um senectuti
ro tuos cave
odum scribis,
a tenet, sicut
ncredibile est,
es offensurus

o comparavit,

em facit. Ita
onem Tyran-
rum reliquiae

Etiam velim
iquos, quibus
a administris;

m ex qua in-
σιλησθεντος ap-

m Dionysius
ffugit, scribit
meam bibli-
cum multos

rum putaret,
curaris, non
rum sit. Res

us est. Ego si
ne a te bene-

tatione gloria-
ui. Cicero ita
lenda, libris

: velim ista
e usum spe

agam, non
uidem pla-
tit et di-
imperabo

e Faustum,
bibliothecam
cor bibli-
bus Puteo-
resunt. Sed

deseror et
ris susten-
ula, quam

am in isto-

que cives
r; primus
quas maxi-
in animo
s, compa-
Varro au-
us, bibli-
ii senioris
prima in
ta Romae

) Lib. XIV,
(6) Lib. VII,

Caesar, ut supra commemoravimus, multa et quidem dignissima atque Urbi utilissima molitus, Bruti coniuratione cecidit, cuius pro testamento voluntatem adimplens Asinius Pollio, opulentis atrio ad Libertatis templum instructo, pecunia in Dalmatico bello excussa, primam publicam bibliothecam graecis latinisque codicibus resertam aperuit.

De Augusto satis meminisse iuvat quae habet Suetonius: « Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari a deo haruspices pronuntiarunt; addidit porticus cum biblioteca Latina graecaque » (1). Haec autem ex vicino templo, Apollinis bibliotheca appellata est. Itemque: « Quaedam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet et uxoris sororisque, fecit, ut porticum basilicamque Gai et Luci, item porticus Liviae et Octaviae, theatrumque Marcelli » (2). Hic, teste historico Dione, bibliotecas graecas latinasque ad-didit.

Horum exemplum privati laudabili quidem aemulatione secuti sunt, quamobrem earum in Vitruvii libris mentio occurrit: « Nobilibus, qui honores magistratusque gerendo praestare debent officia civibus, facienda sunt vestibula regalia, alta atria, et peristyla amplissima, silvae ambulationesque laxiores ad decorum maiestatis perfectae. Praeterea bibliothecas, pinacothecas, basilicas non dissimili modo quam publicorum operum magnificentia comparatas, quod in dominibus eorum saepius et publica consilia et privata iudicia arbitrio conficiuntur ».

Idemque adiungit: « Bibliothecae in orientem spectare debent: usus enim matutinum postulat lumen. Item in bibliothecis libri non putrescent, namque in his quae ad meridiem et occidentem spectant, tineis et humore vitiantur, quod venti humidi advenientes procreant, eas et alunt, infundentesque humidos spiritus pallore volumina corrumpunt » (3).

De Asini Pollio in atrio Libertatis, deque Augusti in atrio Apollinis, privatorumque bibliothecis eleganter loquitur Ovidius (4), cuius versus, occasione data, in medium proferrem, ni longius ac statui me res abstraheret.

Ut libros colligerent et in ordinem digererent, Augustus Pompeium Macrum aliquosque eruditos deligit: qua in re animadvertisendum est Romae bibliothecarum custodes (civis enim romani gravitate indignum videbatur) vel captivos, vel servos, vel libertos, ut Vibium Augusti servum, Pamphilum scribam libertum, L. Fronimum et Axium, semper fuisse, praeter Varromem eqitem et Pompeium Macrum, cuius ignota familia est; contra iis praefectos eruditos delectos, praesertim grammaticos, ut Iginum et Mellissum.

IOANNES IACHINO.

DE EXTRANEIS ARTIBUS

APUD BARBAROS AFROS INVECTIS

MEMINI me - neque multum defluxit temporis - in quodam Germanico commentario legisse iucandas sane et elaboratas investigationes F. von Luschian, viri Afrarum rerum peritissimi, cuius videtur peractum consilium, ut novos quosdam revealaret ethnographiae, sive gentium disciplinae aspectus et modos. Praeter illam enim amentem saepe doctorum manum, quae in barbarorum mores non alia de causa tanto studio inquirit, quam ut vetustissimam omnium hominum condicionem in

(1) SUET. *Vita Augusti*, cap. 29. (2) Id. ibid. (3) Lib. VI, cap. 7, 8. (4) *Tristium* lib. III, eleg. I.

ipsis adinveniat et recognoscat, alia est equidem, eaque sapientior, quae philosophiae disceptationibus depositis, res et facta ad unguem, oculare, assidue, studiose, minutim recolligit, humiliore forte labore, at ferme tutiore. Unde compertum primo est barbaros Nigritas, vel Indos, vel Australianos haud sane eos semper fuisse populos naturae curis unice relictos, quibus nulla humanarum gentium communio fuerit oblata; contra, ipsos quoque, quamvis lentissimo gradu, in humanitatis itinere aliquantulum nonnunquam progressos, et scribendi arte, vel simili saltem instructos fuisse, aut memoriam rerum gestarum tam divitem, tam variam, tamque constantem servasse, ut sit fere prodigo adscribenda. Nec satis: innuit enim, plures progressum huiusmodi in solitudine atque in civili consortii quodam exsilio et segregatione minime genitum, sed multa saepissime ab extraneis edocta, inventa - data opera an fortuito nil refert - quae acutissima mentis acie Germanus ille von Luschian consideravit, diremit, enucleavit.

Suhaelium ferme est, quorum tribus orientale Africae litus inhabitant, fabularum copia, quas Steere Anglus in volumen colligens ex Arabum poesi deductas passim recognovit; ex Indorum vero memoria, quae reliquae essent, deponuntas illum latuit.

Est enim fabula, ut pauca attingam, de simia enarrans, quae ut squalum sese invitantem inviserit, in eius dorsum concendit. Ille autem, dum fert, simiae fatetur, sese ad imperatorem suum eam adducere gravi laborantem morbo, cui una tantum medicina cor simiarum. At quadrumanis statim cor sese secum non circumferre, sed ad arborem quamdam appensum servare affimat; impetrat igitur, ut det commodum ad auferendum. Tunc squalo ingenue credenti atque ad litus reverso, ipsa in summo arbore tute consedens fabellam ad ludibrium dicit de lepore atque leone; leporem - qui Nigritis eadem calliditatis laude pollet qua apud Aesopum vulpes - asinam ad leonem adduxisse, suadente animalium regi eam iri nuptum; leonem contra bardam asellam discerpsisse, fragmentaque dedisse lepori custodienda, quod is balneo rediret. Cum vero redit, aures et cor asinam deficiebat, quam sibi partem relinqu potissimum rex iusserat, et lepus manducaverat; qui belluae ut iram placaret, impudenter: — Asinis — inquit — nec aures nec cor fuerunt unquam. — Atqui fabella ad *Panciatuntra* libri quarti initium eadem est, mutatis tantum squalo in crocodilum, lepore in canem.

Sunt autem et plures, quae Arabo ex fonte detortae plane apparent, multasque imitantur ex celeberrimo libro, qui *Mille et una noctes* inscribitur; aliarum contra verborum forma atque stilos extraneam originem arguent.

Sed praeter fabulas atque cantiunculas indicia multa supersunt, quae ex ethnographia in argumentum consentiunt, eorumque praecipue domorum atque ianuarum figura. Quae enim in orientali Africa, quam potissimum Germani tenent, *tembae* dicuntur, et exaequo cooperatae tecto, quasi in capsulae formam exstructae casae sunt, eae in Asia occidentali passim conspiciuntur. Parietes palis atque ramis contextae strato desuper coenos obteguntur; tectum eadem ratione confectum est. Porta binis postibus clauditur, quae non cardine quidem, sed axiculo revolvuntur. Harum domorum adeo similes orientales Asiae regiones habent, ut ad Ugogo *tembam* quamdam si in Syriam transferretur, nullus Syrus animadverteret.

Postes vero axiculo sese volventes Aegyptiorum vetustissima monumenta proferunt, quae Orientales omnes plurima per saecula adhibuerunt. Afri, qui sub

torrido tropici aestu incolunt, easdem semper habent, pariterque Indorum, et Sinensium civitatum, et Iaponiae vetustissimae domus. Quas cum videamus tam late diffusas, arguere debemus communi origine in Mesopotamia obortas, ubi quae maxime huiusmodi portarum cognoscuntur, repartae fuere in Assyriorum urbe Balawat, hincque ad Persas, ad Indos, ad Afros, inde vero Sinensibus et Iaponensibus communicatas.

Indorum mores in eorumdem postium fornicibus ac stipite adornandis, scalpendisque invaluable, in quibus loti flos frequentissimus reddit; idemque confirmant aenaei clavi acuto capite in portibus defixi, quibus Indi passim utuntur contra elephantes, ne portas frangant. In fornice autem arabicae inscriptiones non raro leguntur ad ornatum descriptae, etsi, ignara artificum manu scalpente, impervia letctrae signa evadant.

Sunt denique ex extraneo more certo inventae galeae plumis ex variis coloribus cristatae, quas palis et stipulis sibi multi barbarorum contexunt, ex Lagos, ex Ussukuma in Africa, ex Indi oceani litibus, et Hawa Novaque Iberniae insulis. Quae quidem videntur ex commerciis inductae, prouti Europam inter et Afros semper actuosa opera convoluere. Longissima enim est series quam ex libro anno 1670 edito F. von Luschian, quem supra nominavi, excerpit, merces exhibens a Batavis, ab Anglis, a Germanis ad Aureum litus delatas, unde eruitur plane barbaros illos Nigritas, aliquot iam abhinc saeculis, Germanis linteis, Turcarum tapetibus, Damascenis sericis, lancibus insculptis, ollis stanoe ex politis, cultris ex chalybe, Iberis vinis esse usos; nihil igitur mirum galeas stipularum quoque a nostrorum micantibus galeis esse imitatos.


A. COSTAGGINI.

CONCORDIA IULIA

IN Venetis, ad ripas Lemenis, haud procul ab opido, quod Portum Reginum vocant, Concordia Iulia sita est. Haec olim florentissima Romanorum colonia, inlustribus celebrata laudibus, modo pagus humilius est, cuius incolae, agros colendo, venando et piscando, aegre sed honeste vitam agunt. De eius vetusta origine et monumentis, quia multi dixerunt, pauca summatis perstringunt, duce Dario Bertolini (1), qui vir, summo ingenio ac mira eruditione praeditus, unus omnium complures inscriptions in agro Concordensi postremis hisce temporibus reperitas luculentissime explanavit.

Bertolinius igitur Concordiae Iuliae originem tribuit M. Antonio triumviro, qui, antequam in Orientem contra Cassium et M. Brutum castra moveret, hunc locum praesidio munivit, quod ad populos Venetae regionis coercendos idoneus esset, atque tutum redderet iter ad provincias, quas Caesarianae factionis hostes, post dictatoris necem, occupavissent. Hinc colonia anno septingentesimo decimo secundo ab Urbe condita, idest anno quadragesimo secundo ante Christum natum, deducta est. Neque a vero abhorret Concordiam Iuliam, ab initio, adiecto conditoris nomine, « Iuliam-Antoniam » appellatam fuisse, idque appellativum nomen usque ad praelium Actiacum (31 a. Ch. n.) obtinuisse, quo M. Antonii fractae vires cum gloria occidere. Quae clarissimi Bertolini opinio satis probabilibus testimoniis confirmatur: etenim in agro Concordensi, Antonii numismatum

(1) De Dario Bertolini vita et operibus egregie scripere: Dinos Mantovani, Carmelus Berti, Ernestus Degani, Venantius Savi.



Concordiae Iuliae, prout nunc est, prospectus.

multo maior adest copia quam Octaviani; prorsus autem desunt numismata Lepidi: nec quisquam ignorat, colonias deduci solitas ab imperatore legionum, quae loci tutela relinquerentur.

Hic tamen cl. Bertolini non quievit, nam suis diligentissimis investigationibus, in quibus, fere vingtini annorum spatio, strenuam operam navavit, ex lapidibus, ex ruderibus, ex parietinis Concordiensibus (sit venia verbo!) *oracula promens*, atque fossoris cuiusdam ope, Iacobi Stringetta, illiterati quidem hominis, sed memoria firma ac diuturna paeclarari, eo processit ut, religiosa cura, antiquam coloniae descriptionem (1), quae, graeco nomine, *τονογραφία* audit, graphicè in pristinum plane restituerit. Quod opus, praecipuum Bertolini decus, et antiquae artis studiosis, Mommsenio praesertim, valde probatum, quanti laboris fuerit, nobis solummodo visum est, quibus datum, ut, oculis, tanti viri impigram invitamque constantiam admiraremur.

Quaenam coloniae descriptio? Urbs Concordia, in circuitu praebens speciem sexanguli, patebat in longitudinem a septentrione ad meridiem, paulum in occasum solis vergens; idque, iuxta recentes geographos, respondet: *da nord-nord-est a sud-sud-ovest*. A septentrione ad meridiem longitudine maxima = m. 853; ab oriente ad occidentem latitudine maxima = m. 518; area perimetrum = mq. 418 555,50, scilicet Pompeianae areae e tribus partes duae.

Hanc aream a septentrione ad meridiem duas principales viae (« cardines ») in tres zonas dividunt. Singulae autem zone aliis duabus principibus viis (« decumani »), ab oriente ad occidentem, in totidem rectagona rursus dividuntur. Ita area tota, ut Pompeiana, ex novem regionibus constat. Cardines inter et decumanos, aliae minores viae his parallelae. Forum est in media insula situm: ad cuius latera bases magnae, quae excellentium virorum de re publica bene meritorum statuas sustinerent, et parvae quaedam pilae ex cocto latere (quarum una in museo Romantino asservatur), cum quadrato foramine in summo, quae fortasse velabri adminicula fulcirent, erant collocata.

(1) Coloniae Concordiensis tabulam lineis descriptam Bertolini in lucem edidit usque ab anno 1880. — Cfr. *Notizie degli scavi Concordiesi*, etc. Roma, 1881.

Alveus manu factus, ab occidente profluens, mediam urbem interfluebat. Huius alvei vestigia exstant in ponte lapideo, ab haeredibus cuiusdam liberti, ut patet ex gemino in pilis epigrammate, restituto vel probabilitate aedificato, praeter viam quae ab Altino Aquileiam dicit. Diximus « restitutum vel probabilitate aedificatum », id est sumptibus liberti, cuius in epigrammatibus nomen inscriptum est, quia lex vetabat quominus inscriberetur nomen operi publico alterius quam principis, aut eius, cuius pecunia id opus factum esset.

Hactenus de coloniae origine et descriptione. Quod attinet ad rei publicae disciplinam, Concordia Iulia, ni excipias « tribunum plebis », alibi perrarum, a ceteris coloniis haud multum discrepat. Digna tamen quae notentur haec sunt: cives omnes « iure suffragii et honorum » gaudent. Senatus (« Ordo »), centum virorum, legum ferendarum potestas competit, eique « duumviri » et « aediles » auxiliantur. Collegiorum artificum unum tantum novimus, « sagittarium fabricam ».

Has Concordiensis coloniae notitias ex epigrammatibus nummisque I et II saeculi post Christum natum cl. Bertolini compertas habuit; unde constat, Concordiam, maxime, Antoninis regnibus, viuisisse (138-161 p. Ch. n.). Quaenam inde Concordiae fata fuerint usque ad Constantium Magnum



DAPPIUS BERTOLINI.

eiisque successores penitus nos latet. Id unum sci-
mus, Concordiam, suis moenibus, regiis honoribus
exceptisse Theodosium Magnum et Valentinianum II,
qui ibi, anno 391, leges *De fide testium* et *De apo-
statis* tulerint (1).

De Concordia, anno 452, ab Attila Hunnorum
rege funditus deleta, deque sanctis Donato, Secun-
diano, Romulo et sociis, saeviente Diocletiani per
secutione (304), extra portam Orientalem, iuxta
flumen Lemenem, sublimi martyrio coronatis, quo-
rum lipsanis miraculorum numero insignibus, au-
spice doct. Francisco Isola, Concordiensium praesule
peramantissimo, festa centenaria in annum 1904 in-
dicta sunt, alias dicemus.

Verum nobis huic narrationi, pedestri stilo ex-
tractae, finem imponentibus, liceat iterum in Concor-
diensium memoriam Darium Bertolinum illum re-
vocare, cuius opera Concordia Iulia, in Romatino
museo, hodie ceu Phoenix « post fata resurgit ».
Absint ideo Maevii et Fuffeni ignobiles, qui, omni-
bus invidiae ventis circumflat, tam egregii viri fa-
miae obtrectent! Nos semper pietatem eius, probi-
tatem, intemeratam fidem, maximam ingenii vim,
pro aris et focis, tuebimur; dumque pius eius Ma-
nibus aeternam caelicolam pacem adpreciamur, Ta-
citianum illud meminerimus: « multos veterum, velut
inglorios et ignobiles, oblitione obrui; *Darium Ber-
tolinium Concordiensi narratum et traditum super-
stitem esse!* »

Scrib. in Portu Romatino, kal. Aug. 1900.

MARCUS BELLI.

EX GALLIA

De omnium rerum Expositione Parisiensi.

III.

MATERNO genere Romanus ego, litterarum, histiorum, optimarumque non expers artium, iure bono principem vestris dedi locum rebus, cedens memor obsequio genetrici meae debito, cedens veritati, cedens consentientibus ubique gentibus, quae vos universo orbi terrarum praedicant humanitatem, cultum, omnes denique Musas barbarorum halitu profugas restituisse. Aequum est nunc de iis, quae meam ad gentem pertinent, enarrare, meam autem dico paterno sanguine; nam haec talia sunt, ut omnium in se oculos atque ora convertant. Num patrius amor aliquid obiicit oculis mentique meae, quod extra verum, aut praeter, aut contra futurum fuerit? Qui per Aegyptia monumenta, ad Luxor, ad Thebas ecatomplias illas, ad Karnak, saepe volitavi, nonnihil hic dignum Pharaonibus video, lacetque animo aliquid proximum aedificiis illis ingentibus, quae deorum religio, superbia regum, sepulcri curae excitaverunt apud Aegyptios. Differt hoc unum; quod illa porphyretico marmore, granitico lapide, inutili labore, immanis et saepe atrox populis erexit unius potentia praesaga saeculorum, quae genus humanum adhuc manebant; nos, caducioribus caementis usi, tentoria quasi nocturna excitamus crastino convolvenda; illi de statu perpetuo, inertique, nos de progressu irrequieto et actuoso cogitamus; illi quid sibi tantum, nos non modo quae nobis, sed quae universo humano generi prodesse potuere quaesivimus. Minores materie, aequamus ausu, utilitate praestamus, atque haec, quae fausto alite edi-

(1) V. BERTOLINI, *L'Epigrafia Concordiese* (Estratto dagli Atti della R. Deputazione veneta di storia patria), 1887-88, pag. 29.


dimus, non subactar-
mae rorarunt, non
manubiis constitueru-
industria partae felici-

Sed quae facta su-
quae nobis nos cons-
tam immansueta, tam
in re hac relegenda
quippe omnium genti-
erit cultu prospera e-
non dederit in hac re
locum pro civibus me-
me moveret rerum au-
ac dicendorum pae-
bemus omnes atque
tione quavis et invidia-
sunt, prouti sunt volu-
dicantium studiis et
itaque nunc urbanitat-
nos utramque maxim
veritati non obverset-

In ipso limine viae
de la Reine), distans
a simulacro, quod est
nuncupatae, porta ing-
patet, cui hinc et inde
Pallade multa expolitae
vexilla dependent, agi-
noctu autem insignes
etridis excitati longe

complent. Inter pae-
recensendus, tum aedi-
tiformi, quo decorave-
mulae nihilominus arte
viginti metris singuli
gulo innititur et comp-
modum in nubes tend-
tillans, ac disciplina mi-
tus, ut intuentibus iu-
maeandris, chimaerisque
viam, qua spatium op-
quingentis circa metri
aream - opportuno de-
lumine perfruatur. At
vario residentes colon-
cturno praesertim tem-
quasi totidem gemmae

Princeps arcus in-
tenditur, a quo prora
allegoria urbis, excedi-
frontis tholo eminent se



unum sci-
honibus
inianum II,
et *De apo-*

Hunnorum
ato, Secun-
detiani per
lem, iuxta
onatis, quo-
gnibus, au-
m praesule
m 1904 in-

stilo exa-
in Concor-
a illum re-
Romatino
resurgit ».
qui, omni-
gii viri fa-
eius, probi-
genii vim,
s eius Ma-
camur, Ta-
erum, velut
Darium Ber-
litum super-

BELL.

riensi.

erarum, hi-
pers artium,
bus, cedens
cedens ve-
tibus, quae
manitatem,
rum halitu
e iis, quae
ream autem
nt, ut om-
Num pa-
que meae,
a futurum
ad Luxor,
saepe vol-
deo, lucet-
is ingenti-
n, sepulcri
iffert hoc
granitico
ox populis
rum, quae
reducioribus
tamus cra-
inertique,
ogitamus;
iae nobis,
e potuere
ausu, uti-
alite edi-

tratto dagli
, 1887-88,

dimus, non subactarum gentium crux, non lacri-
mae rorarunt, non rapinae, non populationes ex
manubiis constituerunt, sed opes nostrae labore et
industria partae felicissime perfecerunt.

Sed quae facta sunt videamus, et ea praesertim
quae nobis nos constituimus. Nulla porro gens est
tam immansueta, tamque fera, quae principem vobis
in re hac relegenda locum non tribuat, magistri
quippe omnium gentium estis; nulla pariter gens
erit cultu prospera et vigens, quae secundam nobis
non dederit in hac re dignitatem. Secundum autem
locum pro civibus meis ipse non tollerem, nisi magna
me moveret rerum auctoritas et amplitudo nostrarum,
ac dicendorum prae ceteris veritas, cui parere de-
bemus omnes atque obtemperare, abdicata aemula-
tione quavis et invidia omni remota, dum ea, quae
sunt, prouti sunt volumus nuntiare, non prouti iu-
dicantium studiis et cupiditatibus videantur. Cedit
itaque nunc urbanitati Gallorum hospitii lex, quam
nos utramque maximi facimus, eo tamen pacto, ut
veritatis non obversetur hospitium.

In ipso limine viae, cui a Regina nomen (*Cours de la Reine*), distans centum et quinquaginta metris
a simulacro, quod est in angulo plateae a Concordia
nuncupatae, porta ingens et monumento compar-
patet, cui hinc et inde duae assurgunt aeriae trabe,
Pallade multa expolitae, unde coloribus fulgentissimis
vexilla dependent, agitantibus auris oculo deliciosa,
noctu autem insignes duplice sole, qui virtute elec-
tridis excitati longe lateque radiis et luce omnia
complent. Inter praecella Expositionis loca hic est
recensendus, tum aedificio ingenti, tum ornato mul-
tiformi, quo decoraverunt inter se concordes, ae-
mulae nihilominus artes. Tribus autem arcibus, qui
viginti metris singuli patent, quasi constituto trian-
gulo innititur et componitur fornix ad emisphaerae
modum in nubes tendens et auro supereffuso scin-
tillans, ac disciplina mirabili ita foraminibus terebra-
tus, ut intuentibus iucundus multa proferat foliis,
maeandris, chimaerisque similia, et interea det luci-
viam, qua spatium opertum - ingens enim est, ac
quingentis circa metris patentem campo obnubit
aream - opportuno deambulantibus et invisentibus
lumine persuatur. At foramina ipsa clavi exornant
vario residentes colore atque ita expolito, ut no-
cturno praesertim tempore electrici affulgarante
quasi totidem gemmae videantur.


Princeps arcus in frontem et prospectum ex-
tenditur, a quo prora navis, Parisiensis imago et
allegoria urbis, exedit, anaglyptico ritu, et super
frontis tholo eminent sex altum metris simulacrum,

Parisiensem, ut ita dicam, personam gerens, advenas hospita accipiens, galloque Gallico cassidis loco insignis; non enim ea est quae vetusto paludamento utatur, sed, reiectis moribus romanis et graecis, pro toga et lorica et clypeo, hodierna ueste et cyclade et ornamenti hodierni gaudet, torque, fibulis, armillis, et inauribus additis.

Hinc et inde, propter arcum immen-
sum, duae assurgunt

exedrae, quibus in singulis crispatum folium, late-
ricia materie confectum costisque distinctum purpu-
reis, continet operariorum statuas in excitanda Expo-
sitione incumbentium; vivos homines actu, ac statura
verum aequantes. Ex hisce exedris convolutae modo,
modo hiantes patentesque frondes, monumentum
integrum addunt duobus utrinque pilis ingentibus
triginta et quinque metrorum altitudine eminentibus,
quorum ab apice soles electrici noctu diei similitu-
dinem referunt adventantibus et commorantibus.
Monumentum omne inter colorem aureum argento
multo immixtum est; diversae eius partes variis di-
stinguuntur coloribus, lucentibus et resurgentibus
adamantis more, quibus 3116 incandescentes elec-
tride lampades, multicolores et ipsae, et multiformes,
singulari pulcritudine cumulant, et aliquid inef-
fabile praebent. Lampadum autem, flammularumque,
facularumque populus per apices, per fornices, per
tholum ubique emicantium non est numerus, nec
narratu facile est quid oculi videant, quid sentiat
animus in tanta, tamque varia multitudine colorum
et luminum.

Iuvatne noscere quantus sit fornix, quantus ille
sit tholus? Duo hominum millia tegit spatio cuivis
intuenti opportuno. Tres illos arcus, quibus tholus
ipse regitur, occupant statuae propriis loculis aedi-
culisque singulae addictae electridem referentes va-
ria sub allegoria gerentem puellae personam, qua-
rum crepante pede exsiliunt et e basi, et circum
iucundi fontes, in quorum lymphas ferentes vagique
electridis radii adamantium pluviam ardentiumque
sensibus unionum ro-
rem reddere videntur.




Bonarum artium in Expositione Parisiensi palatum.

vulis, fontibus murmurantibus laetos atque iucundos,
praesto sunt. Per quae pergenti apparent apices et
culmina aedium optimis artibus conditarum, ut per-
petuae sint iis. Quae duo palatia digna notatu sunt;
primumque ducentis metris ab aditu, quem descripsi-
mus, trapetii praefert speciem septem metrorum in
quadro millia mole premens, triginta et duabus ininxus
columnis ionico ritu dolatis, anaglyptis ac statuis per
intercolumnia dispositis. Ibi quid nostris temporibus
apud nos pictura, sculptura, aera, cretae, gypsum po-
tuerint omne est, quinimo et antiqua sunt illa nostris
in lacubus, nostris in cavernis, in fodinis gallica
dextra repertis, quaeque « praehistorica » dicere eru-
di passim voluere. Grandius, immo ingentius coram
hoc est palatum alterum, duplicitis T formam exhib-
bens, et quadraginta metrorum millium in quadro lo-
cum occupans, frontibus autem suis modo composi-
tum architecturae ordinem, modo ordinem, qui a
Renaissance dicitur, ostentans, prouti temporibus re-
gum nostrorum Ludovici XIII et XIV Ludovici in more
erat. Tres peristylio sunt portae dignae mole, nomine,
ornatu aedificii, quibus quatuor hinc inde simulacra
referentia principes artium species, nempe archite-
cturam, picturam, sculpturam, caelandiique industriam.
Per bases autem, per trabeationes, per intervalla sunt
emblemata aetatum et schemata rerum, quas haec
dedere artes; idque modo deductum coloribus ex-
cellentibus, modo dolatum scalpro. Intus autem atria
sunt lammis operta vitreis, perque atria porticus, per-
que porticus fabrefacta sunt distributa, novique aditus
in interiores aulas, in scalas quae ducant ad superiora
aedis; ibique omnia sacra picturis atque sculpturis,
agricolis, hippophilis.

Multitudo rerum percellit mentem, color ac di-
positio beat oculos, qui quocumque inciderint inef-
fabilis iucunditate prospectuumque elegantia reficiuntur
ac recreantur. Si quis ex vobis huc veniat -
venturos autem spero omnes ex vobis - ne hinc
abeatis, nisi prius novam consideraveritis viam in hac
regione et per hanc regionem deductam, cui Ni-
colai II nomen imposuimus, pontem, qui Alexandri III
nomine et omni ornatur, Invalidorum planitem, seu
aequor, in quam ingens patet iter metris tribus
et triginta latum a fine ad finem, cui quidquid ager,
quidquid urbs addere ad ornamentum et delicias
possint, omne additum, omne cumulatum.

Quae postquam videritis, eadem, quae nunc ego,
facite; nempe domum coenaturi redite parisiensi
more, antequam penitus nox abripiat ad vespertina
solatia. Valete.

A. VIEILLOT.



Expositionis Parisiensis aditus.

DE LATINITATE IN SCHOLIS TUENDA

ITERUM, ET NON AMPLIUS

Ad florentinum comm. Il Marzocco.

ITERUM, et non amplius de latinitate tuenda in scholis optimum dico disserere; iterum, inquam, ut aedificio illustri quasi coronam et fastigium imponam; non amplius autem, quia iis, quae dicturus sum, maximus quasi cumulus accedit, tum auctoritate viri gravissima, tum sapientia et fama, qua ceteros felicissime et iure praetervectus, vivit adhuc vivetque immortalis recordatione hominum, quos nova ope ditavit, eleganti sermone extulit; ac cum primus et princeps commiserit pelago ratem, primus, Christophoro ipso felicior, viam ostendit, qua postea sequentur eum plures, a nemine autem praverteretur. Neque is tamen est, qui, latini imbutus litteris, istas laudat, istas praeceperit, ut ad admirationem sui sequentes pelliceret, veluti Muretus alter, aut alter Sannazarius, aut Bembus. Omnis huius viri laus est in italicō sermonē, in italicā poesi omnis, quas utrasque ita prosequutus est, ut acerrimo argutoque Horatio et Juvenali satyram scriptor, diverso tamen more, non cedat, et penitus compar apud eruditos ducatur; dum in epistolas tot elegantias italicā dictionis effundit, ut unus leporis et dicitias Cornelii Nepotis exhibeat cum aurea C. Iulii Caesaris simplicitate coniunctas, thesaurumque italicum in manibus coram praferat, ut cuius facile sit, prout de Cornelio illo censem, congregatis, pro lubito, dītiis et felicitate ditari.

Iosephum Giusti me hic indicare quisque inteligit, tantique nominis reverentia et fama quisque obmutescet, nisi eo sit progressus amentiae aut perfrictae frontis, ut se non cum summis hominibus comparet, sed se hosce omnes unum exceedere iudicet. Huius autem non sententias modo, sed verba ad apicem et iota translata, nostra, uti mos est, fide interpretamur, quam, siqua in nobis utriusque linguae peritia est, nemo negabit - tum usū, a tenellis quippe unguiculis latine domi, non italicice, ad XII aetatis annum loquuti sumus -; tum disciplina - nam, quae usu dīciceramus, arte excoluimus assida -; tum denique virtute - sit venia verbo -; non enim ab adolescentia ad haec aetatis tempora in aliud indagine delectabiliore incubuimus. Haec autem omnia, quae subdimus, in epistola ad Marcum Tabarrinum habentur, quae tertia supra septuagesimam numeratur inter selectas Iosephi Giusti epistolās (1):

Utere - inquit - dilecte mi, bonis hisce annis, utere, ut quae circa sunt recte cognoscas, utere educaturus et confortaturus istam animam tuam ingenuam, ardenter (operosam, argumentosam), boni pulcrique compotem; utere, singula uno verbo complectar, ne tibi aliisque inutilis vivas. Si tibi preces et consilia hominis, qui fraternaliter teum caritate copulatur, quid suadeant, noli literarum derelinquerre disciplinas, at eas more veterum sequere, si emitare inter hodiernos velis, ac laudabilis eminere. Ego dum intersum tristibus, latinos aetatis bonae scriptores recursavi studio, et quamvis eos languido dira patientis oculo pererraverim, quot et quanta coruscavere legenti pulcritudine speciosa, cogitatu, expositione admiranda! Redi ad eos, Marce mi, manuque versa, et penes habeto, haud quidem ut iis utaris quasi servili more pedissequus amanuensis, sed uti eos habeas quasi praeluentes faces in vestigandis, quae grandia, et vera sunt quoad artes optimas. Reminiscere cultum humanitatemque nostrorum temporum esse quasi surculos ramosque arbori ve-

(1) Incipit verbis: *Marco mio, Quanto mi ha fatto piacere la tua lettera!... Deficit autem in verbis:... come si fa d'un oggetto posseduto in comune con persona che c'è stata cara... Addio.*

teris cultus et humanitatis insertos, atque huius vi nutritos atque crescentes. Quae frondescunt, quae florent, quae fructu luxuriant, diversa fortassis longeque alia videri possunt, at cultus et cultura sunt unum idemque, neque stultos hiantes contra, neque latrantes canes, neque ex adverso rudentes asinos cures. Lectionem hodiernorum librorum sic ego existimo, quasi cursum quemdam per transversa dumeta ab eo susceptum atque productum, qui cupidus aveat atque nitatur herbae alicuius insipidae, plerumque et mortiferae tandem aliquando potiri; meditationem autem in libros veterum itineri per uberes agros iucundo, ac delectabilium omnium pleno ipse comparo, in quo, rarum praeter saxum, idemque exiguum, nihil contra ante pedes possis habere, in quod interdum incurras. Neque credas haec in antiquam disciplinam studia impedire te posse, quominus tua tu promas, si tamen hisce ita mentem imbuas, ita nutriare, ut iis dominieris, non iis caput infarcias more paedagogorum. Qui inepto laborantes cerebro, quos comedere cibos, turpi vomitu palam crudos reddunt, atque inde nil mirum si, quae promunt, acida et nauseabunda videantur. Liceat mīhi ad aures tantummodo tuas confiteri, me nullius haerentem vestigiis et studuisse semper, et scriptoribus illis tantummodo studuisse, qui, si multa, eaque digna tantis non dederim, id non suspectis male studiis, sed socordia meae strībuendum duco. Ecquis me credit ex diu versatis mente manuque Alligherii scriptis ad illa satyram devenisse, quae tanto abesse spatio ab Alligheriano modo videntur? Nihilo tamen secius se ita res habet, neque in alium, praeter Alligherii librum, annos per integros incubui. Neque illas nugas ineptiasque meas ego ita iudico, ut ex iis nomen lausque alicui sit; et siquid gloriae famaeque inde mīhi partum, exiguis hisce nostris miserrimisque temporibus, non singulari quadam virtute mea aut Palладe accidisse reor; crede tamen a lectione Victoris Hugo ne horum auram quidem potuisse in me devenire. At menti meae, latinos postquam legi scriptores, sonitus quidam insedit gravis atque solemnis, et dignitatis plenus, sonitus, inquam, suavitatis ineffabilis, et ineffabilis moestitiae plenus, quibus unice sonus attingere secreta peccoris, et haerere cordi possit. Atque mīhi altior, pollentiorque persuasio in dies: esse scilicet in latinis carminibus magisterium quoddam reconditum, quo ipsa carmina italicā excitantur, idque eo magis quia caelum hoc nostrum nobilissimorum inspirator concentuum, Virgilii Horatiique inspirator, semper idem spirat lucetque, quamvis non eadem sint lyrae chordae, et remissiores fortassis. Si mīhi integer esset numerus latinorum librorum, quos illi viri summi exararunt, et si ultima vitae mīhi impenderent, eos tibi testamento cederem; credo enim hoc te motum iri ad recursandos interdum, veluti rem, quam cum homine caro communem possedimus... Vale.

Atque hic finis esto; neque fas aliquid addere, tanto viro sententiis suis rem dirimente, quem nisi prorsus convellan, atterant, dementemque rudemque probent, quod nedum pygmaei, sed ipsis gigantibus impossibile futurum puto, stat ac stabit nostris latinitatem in scholis aeternum esse tuendam atque colendam.

Quod ea, quae latina sunt, modum disciplinae tradendae, non disciplinam ipsam immutabimus. Ad priscum remeabimus, quoniam, quod propositum iter est, refellit exitus; non enim ad latinum italicumque fastigium, sed ignorantiae ad ima vituperia deducit.

H. DE VECCHI PIERALICE.

EFFOSSIONES NOVAE
IN ROMANO FORO PERACTAE

IACOBUS Boni architectus, cuius nomen ob rectas nuperas Romani Fori explorationes latissime inclaruit, quocumque nostrarum antiquitatum disciplina in honore est, Aedium Vestae in Foro prope Regiam quae exstant adhuc rudera oculatissime, summi ita-

lorum studiorum moderatoris mandato, nuper investigavit, atque suae patientiae, peritiae ac sedulitatis fructus edidit, quos munus nostrum quodammodo existimamus sociis referre.

Favissae itaque sub medio pavimento hiantes, platea podii circularis, sacrorum vestigia, templi fines redierunt in lucem, quaeque variis aetatibus superexstructa veteribus fundamentis erant, nunc distincta sunt.

Aedes quidem Vestae templum non erant, quippe quae nunquam inaugurate, vel quia Patres illicitum sibi putarent, quod de ceteris templis cautum non est, illuc congregari, vel quia rotunda deae domus vetustissimae casae veluti memoria esset, quam incolae Tiberinae vallis primi sibi exstruxissent, cum templorum inauguratio inusitata maneret.

Argilloso in humo ex palustri Fori valle emergente, prope Iturnae fontem fluviorum decus, Aedes exstructae fuerant. Heic autem Iturnae fons, qui maxime proximus fuit, unde Palatini incolae haurient aquas, locum forte indigitavit aptissimum, ubi deae fanum exstrueretur, in quo perpetuus ignis alebatur. Sunt enim aqua et ignis adeo vitae necessaria, ut absque alterutro eam trahere non liceat. Atqui aqua pariter quam igne potens Demogorgonis filia videbatur, quae Aemiliam vestalem suam ita defendit, ut tacto vestibus cinereflammam inde excitaverit, Tuccia vero aquam in cribro ad Tiberim usque deduxerit. Tradita inde Vestalibus aquae et ignis cura, quasi reipublicae selectis puellis, quibus communis domus primi thesauri alendi ac tutandi relinqueretur.

Quae autem Boni architectus callido ligone rudera ex obruentibus ruinis eruit, platea, pro fundamento, reipublicae aetati adscribenda primum constant. In ea binae murarii operis stratae parietes consistunt, et superexcitatris tertio saeculo aedificiis coronantur. Flava argilla notissima, quae passim Fori vallem complet, foveam templo praestitit; mensurae pedum triginta, quibus platea fundamentalis aedificata est, vetustissimae apud Italos convaluerant. Muri tofaceis saxis scalpro expolitis conflantur, eaque sedulitate perfecti apparent, qua passim reipublicae Romanae aedes exstrebantur, ita ut Martialis ipse Claudium Neronem ea tantum laude cumulaverit, quod optimum aedium exstrutor videretur. Tofaceae pariter sunt graduum reliquiae quibus ascensus in templum erat; quae quidem saxa, si praecipue cum reliquiis templi Sacrae Urbis conferantur, eiusdem naturae esse apparent, seseque inde exstructa eodem tempore fatentur, quo illud Flavius Vespasianus excitavit. Flavios enim Vestae aediculam instaurasse ex aureis eius et Domitiani filii nummis novimus. Supremus muri circulus Iuliae Domnae Septimii Severi uxori tribuendus.

Media in platea quadrangulares hiant favissae, cuius in fundo argilloso humus conspicitur; summum vero ferrea crata forte ocludebatur; quae tamen fovea haud quidem quadrati, sed trapezii figuram praebet, quae apud vetustissimos Italiae populos quam maxime usuvenerat, ut circa sua aedificia facilius aquae circumfluerent, quarum erosione paullatim in trapezii formam argillosi argines flectebantur.

Favissae terrosis excretionibus plena repertae sunt, inter quas testas plurimas novimus media aetate confectas, et laterem quemdam Theodorici regis illud insculptum ferentem: « Regnante domino Theodorico bono Romae », Tiberianumque nummum. Incerti pendent adhuc eruditī an favissae huiusmodi ad immunditias excipiendas vel sacrorum reliquias

tantum effoderentur, praecipuo loco fatali dūm Penatesque in dolis abdita fuerint.

At circa plateam sitae sacrorum reliquias tallica fragmenta, c Romani museo rec. partiunculae, quea recisa eorum ligna rum felicium arbor arietum, capellarum, taurilia in templo adhuc ostendunt.

Fictilia autem inbris lineis distincta, nigris, vel rubris imberiles, palestritas pr scorum fragmenta aut signis leviter inscribuntur reliquia, integerque paene fictilia muliebria plaeasque pariter frag.

Maxima ferme cibūt ut templi ampli reliquias callide dimic adhuc supersunt, quae scribit; ea vero, nisi sint, frustraneum sit merandis heic abstindere, quanti ponderis ad dam eorum accurata.

Quod quidem a invadentibus labefactat tam docte ac feliciter.

COMMUNIA

Aestiva ad Romanam

TRIBONIANUS quidam « pedanei judicis alienae pecuniae superbonianus, qui multa sapienter fecit, mecum magni latini sermonis et Institutiones recolens,

Nocturnaque manū miram in mole auxiliagī agitabat. — Extra Urbe pontem abibimus, atque iamque mille praeter vertente ventos, dum illa murmurabat:

Ocio venit cum stantibus rotis, nesciit discedere necesse fuit locum coenae faciundae quod fere coram « oenū cum arbore, quod litem magis quam aedificiū divertimus. Arboribus ficiū cingebat, et ubi stratae « mantilibus », nisque crystallinis » redibit credo superexstructis in morem cella vinaria, interius omnino oculis

handato, nuper invenit
peritiae ac sedulitatis
strum quodammodo
vimento hiantes, pla-
restigia, templi fines
ris aetatis super-
erant, nunc distin-
em non erant, quippe
quia Patres illicitum
temporis cautum non
otunda deae domus
oria eset, quam in-
i exstruxissent, cum
maneret.

tri Fori valle emer-
viorum decus, Aedes

Iturnae fons, qui
latini incolae hauri-
avit aptissimum, ubi
perpetuus ignis ale-
deo vitae necessa-
rihere non liceat. At-
tens Demogorgonis
estalem suam ita de-
fammam inde exci-
scibro ad Tiberim
Vestalibus aquae et
ectis puellis, quibus
i alendi ac tutandi
callido ligone ru-
plata, pro funda-
benda primum con-
ris stratae parietes
o saeculo aedificis
a, que passim Fori
praestit; mensurae
fundamentalis aedi-
talos convaluerant.
litis conflantur, ea-
qua passim reipu-
tur, ita ut Martialis
tum laude cumula-
xstructor videretur.
n reliquiae quibus
uidem saxa, si pra-
Urbis conferantur,
seque inde exstructa
Iud Flavius Vespa-
estae aediculam in-
mitiani filii nummis
lus Iuliae Domiae
.

ares hiant favissae,
s conspicitur; sum-
cludebatur; quae ta-
ti, sed trapezii figu-
mos Italiae populos
rca sua aedifica fa-
rum erosione pau-
osi argines flecte-

us plenae repertae
novimus media ae-
m Theodorici regis
ante domino Theo-
numque nummum.
favissae huiusmodi
sacrorum reliquias

tantum effoderentur, atque latet pariter quo in fani
praecipuo loco fatalia Urbis recondita essent, Palladium
Penatesque Troiae, quae Gallis aduentibus
in doliis abdita fuerant.

At circa plateam undique congestae atque appo-
sitae sacrorum reliquiae emerserunt, fictilia sive me-
tallica fragmenta, cineres atque ossa, quae in Fori
Romani museo recondita sunt. Exstincti carbonis
particulae, quae pariter repertae sunt, ex queru-
recisa eorum ligna atque adusta patefecerunt, qua-
rum felicium arborum sacer deae lucus erat. Ossa
arietum, capellarum, agnorum, canum, suumve suove-
taurilia in templo celebrata docent, signaque ictuum
adhuc ostendunt.

Fictilia autem innumera, protocorinthia vasa ru-
bris lineis distincta, attica magnis oculis depicta, vel
nigris, vel rubris imaginibus, milites, menades, mu-
lieres, palestritas praeserent. Nigra pariter Etru-
scorum fragmenta eaque perlucida fictilia literis
aut signis leviter insculpta aderant, sacrorumque fi-
ctilium reliquiae, lampadum et ansarum, cibarium,
integerque paene culillus. Ad ultimum signa alia
fictilia muliebria plerumque ex acervo emerserunt,
aerisque pariter fragmenta, tum rufis, tum signati.

Maxima ferme cum laude Boni architectus incu-
buit ut templi amplitudinem et formam restitueret,
reliquias callide dimetiens, quae ex lunensi marmore
adhuc supersunt, quaeque singillatim enarrat ac de-
scribit; ea vero, nisi subiecta imagine saltem delineata
sint, frustraneum sit verbis patefacere; quare ab enu-
merandis heic abstinemus, etsi plane intellexerimus
quanti ponderis ad plenam fani effigiem restituendam
eorum accurata inspectio esse possit.

Quod quidem a quinto usque saeculo barbaris
invadentibus labefactatum, assiduo nostrorum studio
tam doce ac feliciter hodie illustrari laeti videmus.

ROMANUS.

COMMUNIA VITAE

Aestiva ad Romam in suburbano coenatio.

TRIBONIANUS quidam pedaneus (quid moror dicere?
«pedanei iudicis» ministerio fungebatur, et reos
alienae pecuniae supercilium severae frontis terrebant). Tri-
bonianus, qui multa saepe facete dixit, multa vero et sa-
pienter fecit, mecum nuper una cum esset, quippe est
magna latini sermonis peritia, quam Pandectas, Digestum
et Institutiones recolens,

Nocturnaque manu versans, versansque diurna
miram in molem auxit, de hilari sumendo die mecum
agitabat. — Extra Urbem — inquit — Nomentanum iuxta
pontem abibimus, atque ibi... — Mora nulla; procedimus.
Iamque mille praeter passus terebamur, electriva pra-
vertente ventos, dum comes proxima respiciens Horatiana
illa murmurabat:

Ocio ventis, et agente nimbo
Ocio Euro,

cum stantibus rotis, nescio quo adverso praepeditis, curru
discedere necessum fuit, et calcantibus, ut aiunt, pedibus
locum coenae faciundae quaerere. Ad hoc omnia secunda,
quod fere coram «oenopolium» erat in colle multa opa-
cum arbore, quod literis per murum campi uncialibus,
magis quam aedificio ramis obducto, patebat. Illuc ergo
divertimus. Arboribus obumbrata area undeque aedi-
ficium cingebat, et ubique mensae sedilibus praecinctae,
stratae «mantibus», «patinis», «cyathisque» «lage-
nisque crystallinis» renidebant. Erat iuxta domum, ru-
deribus credo superexstructam, aut adstructam, cavernae
in morem cella vinaria, rutilantibus electricide vitreis globis
interius omnino oculis patens, atque in ea hinc et inde

in aciem dispositi «bufones», «dolia», «doliola», vi-
treique urceoli cera obsignati, ad irritanda desideria for-
tasse, hem!, proculdubio ad irritamentum gulæ ostentati,
unde non mediocre lucrum caponi rediret. Nec exigua
puerorum manus adstantes magna cum voluptate mensis
obsonio potuque reficiebat.

Coquinæ nos, qua potuimus, propiores, mensae ac-
cubituri assedimus, et frequens veniebat ad aures exspe-
ctantium invocatio qua pueri hic, ille, alter modo hic, modo
illuc, ubique, undique a maturantibus urgebantur: — Vide
ne sis in exspectatione. — Tibi ego dico; otiosus quid
cessas? — Sedulo mandatum gere. — Istud age quod volo,
relictis rebus. — Da pisces patinarium. — Illi contra:
— Nihil est in me morae, — Inclementer dicas. — Illic
sum, atque hic sum. — Moveo me ocius. — Omnia cocta
sunt; praesto afferam ut cupitis.

Tunc ego Triboniano: — Nimis turbæ est hic, et
coenatoria res haeret; ne remeemus impransi, pace fiat
tua, ut hinc abeamus, et maturius alibi vescamur.

Ille contra resistere iubens, coquinam petebat inter-
visum quid facerent coqui, forsan etiam ut ea mandaret,
quibus vesci cupiebat. Quis crederet? Proh! quam saepe
fallimur iudicantes aliena! Ecce vir meus, Tribonianus,
insignis patricio sermone, sed insignior, aedepol!, italicis,
hoc est vulgaribus, cibis, triumphali incessu redibat, quasi

.... spoliis orientis onustus;

redibat Phœbo similis, decorus esculenta sarcina; totus
exultans, et gloriatus pro pectori cuncta geregat; vini
ampullam, panes, pernae segmenta, et quae proxima huic
ad ineunda convivia. At hunc ubi vidit puer ita redeun-
tem, erubuit, citusque circa eum dicere, tollere, suble-
vare, facilitare velle. Sed huic iudex iratus: — Post tempus
venis! Meam rem non cures, si recte facias; tuumque
iter insiste.

Indignans et puer: — Quid hoc est negotii? Tuum
est edere, nostrum adponere; ne in nostra irrepas mu-
nera. Num, si herus viderit, ipse impunis? Confiscis mihi
omnes res et rationes; et clades, calamitas, intemperies,
quoties hic venis tu, tecum in cauponam veniunt.

Sed iudex atrocior: — Fieri dictis compendium volo;
scis me heri tui collactaneum fratrem. Cibum quaerens
huc venio; tu nostra non curas, et pro pane data verba
esse video. Expurga te domino; mihi supervacaneum fore
duc, si expurgaveris.

Iamque sedens totus mecum erat in dentibus exer-
cendis. Servus, increpatione territus, satagebat, at animo
recepto; nam Tribonianus, vino indulgens laetior, aliquan-
tulum supercilii procellosi demiserat; non ita vero ut inter-
dum acribus parceret monitis: — Heus tu! Hoc salsum
nimis. Olus est nequam; hoc adustum olet; hoc fere crudum;
patina parum lauta; cultellus impar truncandis;
utere pro serra. — Frustra ego saevientem superba lingua
per singula conabar, nitebar compescere: — Ne quaeras
nodum, sodes, in scirpo; non omnia aqua voluit cuique
Deus. Exi modo e conquestu; pitissa vinum; e Tusculo
est; sentisne deliciosum delicatumque palato? Sorbilla
paullatim, et experiere. Bene tu! Bene ego! Macti utrique!

Dum haec nos, et prope et procul alia sonabant, prout
indoles diversa epulantur: — Puer, cave; cyathum hunc
tibi impingam in faciem, si vinum infuscaveris aqua rursus;
merum da. Releva dolia omnia; di te ament, o surcifer;
nos enim ad diurnam stellam compotabimus.

Tribonianus et ego interea lactucas acetato perfusas et
oleo ac sale ac pipere conditas una cum ovis assatis et
osculis edebamus, ipso credite feliciores Augusto, et ipso
Lucullo laetiores; nam salubres ex Aniene proximo ve-
niebant auræ vespertinae, et famæ, ex itinere, inenarrabi-
li delectatione singula condiebat.

At nobis non mediocre solatium erat in audiendis
quae dicebant convivæ, et quae sibi coquenda quaere-
bant: — O tu, Dave, testudo bipes et pilosa, fer placentam ex ovis fractis. — Tum aliis: — Et mihi, et nobis;
infer in sartaginem lycopersici tanquam satis. — Mihi,
immo nobis, decem sumus, affer idem, sed misce, praeter
lycopersicum, mentam et caseum et leporini iecoris ali-
quid. Si lepore careas, infer cucurbitas, misce totum; quaeso
ne durescat in sartagine. Mollius esto. — O Dave, mihi

ova sorbilia. — Dave, Dave, huc attende, intende, ac
tende. — Dave, affer ad nos dimidiā lunam. — Nondum
orta est — respondebat Davus, et interea tot rogatio-
nibus paene amens, nec coquinam petebat relatus obso-
nium et placetas a coquo, nec petentibus inserviebat.
At ego et meus Tribonianus (quam prodest scire latine!)
magna cum pace et voluptate magna comedebamus, bi-
bebamus, et risu solvebamur interdum: — Dave, Dave;
accurre huc! — Currebat, adibat. Tum anhelo: — Quis
te vocavit? — Atqui vos. — Falleris; at quoniam ve-
nisti, frusta non tibi sit te venisse. Affer vini congium.
— Quoniam potius colore? — Quo volueris, praeter aequum.
— Dulce ne vobis placentius, an asperum? — Ad Acheron-
tem tu, nisi festines. — Davus inter haec ire, redire, ce-
terique pueri, Davi omnes.

Nos haeremus secundæ mensæ, et circa cucum-
rem et melonem opus erat nostrum, atque erat assiduum.
Qui nobis proximi comedebant, sive rei desiderio fla-
grassent, sive iocandi causa ficerent, puerum toto ore
advocare: — Dave, Dave! quotquot hic Davi estis ac-
currite, festinate. Afferte, fertre cucumerem. — Quan-
tumne? — Davus. Et illi: — Ad instar Pantheon. — Alii:
— Melonem nobis, Dave, da. — Quot estis? — Pauci nu-
mero, plures virtute, plurimi fame; di perdant te alienarum
scrutatorem rerum procacem. — Alibi etiam:
— Dave, da cerasa. — Dave, da nuces. — Dave, portato
ficos. — Dave, gere pira. — Mili non pira, sed mala. —
Et submisse Davus: — Quae in vos ruant ut muscae!
— Tum ali: — Dave, uvam. — Et Davus: — Aceiba est!
— Prouh! Dave, vulpes; cave a pedicis. — Alii mox edu-
liorū absumptorum pretium quaerere, interdum incre-
pare: — Annona est gravis; ac tu decorticasti... — Iurare
Davus coriarium se non esse, et peram implere nummis
numeratis. Hi excedere, alii venire, cumque iis turma ci-
tharoedorum; alii chelim præ manibus, alii tibias; con-
centus promere, populares edere cantiones, quae his diebus
in more et magis per ora tritae: — Date sonitum, ut sal-
temus. — Davus conclamare: — Saltare non licet! — Illi
instare. Magnus vociferantium rumor, magna vocum confusio.
Tunc Tribonianus ad me: — Magnine Catonem
facis? — Facio — inquam. — Ergo — addit ille — se-
quamus hunc monentem: rumor: fugit; timeo enim ne
in litæ coenæ labantur. Nobis, qui sumus in antiquis
moribus, ultra cunctari hic non est aequum. Placide ergo
egrediamur. — Ibimusne insoluto pretio? — Praesolvi
fratri meo coquinam initio ingressus. — Concede ad dexte-
ram, ne cum turbulentu illo globo misceamur.

Sic igitur loco discessimus, et feliciter in Urbem adve-
spersante die remigravimus.

P. ALEXIS.

ANNALES

Anarchistarum coniurationes - Pekinum urbs
capta - Bulgarorum atque Albanensium sedi-
tiones - Transvaalianum bellum - Solemnne
Summi Pontificis onomasticon.

DUM deflent adhuc Itali Humberti regis mortem,
dum acerrimæ hinc Mediolani inde Lutetiae
inquisitiones de scelestis hominum effectorum con-
siliis habentur, dum Italia omnis perscrutatur a vi-
gilibus, Gallia perduellum persecutione redundant,
ecce graviora iam machinari in Americanæ rei-
publicæ Praesidis exitium homines teterrimos com-
perimus. Neapoli die Augusti mensis tertia coniu-
ratio habita dicitur; et sicarii sorte electi Itali tres
totidemque Auctri, qui dissitas naves consensi, per
Galliam alii, alii per Angliam, ut sua vestigia abde-
rent, iter facientes, Americana peterent litora atque
Mac-Kinley praesidem quam cito interficerent. Ade-
rant, exempli gratia, eos inter Maresca et Guido,
Itali ambo, qui navi Kaiser Wilhelm advehabantur,
primus viatorum famulatu adductus, alter carbonis
gerulus factus. Rem autem cum Itali et Galli vigiles

compartam habuissent, Americanis scholariis, qui publicae incolumitati tuendae ad vigilant, aperuerunt. Hi itaque advenientes coniuratos in vincula statim detruserunt, atque Italorum magistratibus eos proxime tradent, quippe qui non nisi per insimulationem haec tenus rei videantur.

★

Sed scelestia huiusmodi consilia persequi desinamus ut Sinensis belli postremas easque gravissimas vices commemoremus. Foederatae Europae, Americae Iaponiaeque copiae post superatos pluribus praeliis hostes, iter Pekinum versus alaci animo prosequutae sunt, ut tandem legatis suis, a tot mensibus obsidione circumdati atque in salutis desperationem iamiam adductis, libertatem redderent. Quae quidem, divina Providentia favente, idibus Augustis prospere cesserunt. Exercitus triplici agmine distinctus urbis capititis moenia prima luce conspexit. Hinc itaque Russi et Iaponii milites, jnde Angli, Galli atque Americani, aliunde Germani, Austri atque Itali tormentis bellicis primum munimenta urbis diruere. Dimicatum est acriter per plures horas, at tandem divulsis portis in Tartaram urbis regionem foederatae copiae ingressae sunt. Legati eorumque fortissimi comites militesque, qui a tribus iam mensibus in salutis periculum adducti, tam fortiter tamque strenue restiterant, obviam sospitantibus cucurrerunt; quae autem gestientis laetitia signa edita tunc ab invicem fuerint, nemo recte dicat. Sed de imperatore deque imperiali matre, de ducibus atque praefectis militum Sinensium incerta adhuc omnia sunt, tradentibus nonnullis eos manere in victorum dictione captivos, aliis contra nunciantibus ad proxima oppida in fumam versos sese recepisse. Iaponensium itaque consilio, induciae iam propositae Sinensibus sunt, quas et ceteri socii sibi acceptas habuere. Verumtamen, dum haec in Pe-tchi-li provincia geruntur, nova pericula quotidie exsurgere, in interioribus praesertim provinciis, videntur, atque in Yang-tse maximi fluminis distissima valle. Quare ad Shan-gai portum, qui ad oras fluminis panditur, Angli milites appulerunt, Gallique eos sequuti sunt, ut perduelles a Tchau-Chi-Tong duce excitatos exsuperent atque disperdant. Inde Valdersee, Germano duci, eiusque militibus, ceteris que omnibus qui ex Europa in Sinenses properant reliquam adhuc reputant bellum partem servatam, sum munque conereditum munus, ne, oppositis cupiditatibus militum ex tot nationibus coeuntium, incendi animos sinat, atque bellum omne usque ad firmam pacem feliciter perducatur, Sinensiumque imperio novum regimen humanitati et iustitiae servandae magis deditum imponat.

Ultima denique haec referuntur, Sinensium perduellum (*Boxers* vocant) ingentem exercitum ad Tien-tsin, quam urbem primam Europaei milites oppugnarunt, armis valide instructum rursus movisse; eos contra duo millia circiter foederatorum missa esse Dorward Anglo duce; Sinenses cum clade fusos; Iaponios interea ad Amoy, seu Hiamen portum appulisse.

★

De perturbationibus a Bulgaris et a Macedonibus excitatis ad Rumeniae statum subvertendum, deque cladibus a bulgaris sicariis patratis haec recens habuimus: Bulgaros usque ad viginti supra ducentos in vincula fuisse coniectos. Ad cuiusdam vero Spori Alexoff aedes veneni capsula reperta est una cum epistola a coetu Bulgarorum perduellum conscripta, quae asseclas hortabatur ut manuballistis et mucronibus deficientibus, ea tandem uterentur. Quapropter coetus ille brevi in ius vocabitur, ut de

laesa maiestate inquiratur, quam quidem causam legati omnes ex Europae nationibus iuste agitari probarunt.

Dum haec geruntur, in proxima Serbia Milanus rex iterum ex totius exercitus imperio deiectus a Spetchkovic duce suffectus est, cui Makovic praefectus militum additus ut tribunorum summo consilio praesit. In Albania seditiones moventur ob evulgatum falso rumorem de eius regione quadam Bulgari tradenda. Incolae itaque suae gentis vexillum Ipek in urbe sustulerunt, atque illuc iam milites notissimi, *zaptiè* nomine, undique concurrunt, qui cum Turcarum copiis ad velitationes nonnullas commisere.

★

Nemo autem scit an eadem horum praeliorum fortuna incolis arriserit, quae Boeris ultimis his diebus favit. Delarey, Boerorum dux, Elades-River Angli cum praesidium in ditionem venire coegit: Dewet, quem tradebant iam paene ab Anglis circum datum, hostium copias disiecit atque, Kitchener frustra inseque, trans Vaal secessit. Inde autem, dum cives Anglorum quinque legiones contra Rustenburg iter facientes repellerent, ad haec et ipse castra feliciter pervenit. Qua coniunctione peracta, hostes sua vice deterritos atque recedentes Boeri prosequuntur, atque Zaerust, Lichtenburg, Potchefstroom, Ventersdorp, Wolmarastand loca iterum occupavere. Anglos autem obsistentes Dewet rursus fregit, ballistas ignivomas septem diripuit, captivorum quatuor millia recepit. Statim ad Neck locum properans, quem Anglus Baden-Powell tribunus occupabat, eum in ditionem venire iussit: hic contra, Paget socio copias cum coniunxisset, Boerorum signa continuit, ut tandem Dewet in montes Megalies sese cum suis receperit.

★

Austri et Hungari Vindobonae, et Ischl imperiali in rure et ubique per imperii civitates natalem Francisci Iosephi diem maximis feriis celebrarunt: nobis autem in Urbe, Pontificis onomasticon, Joachimo sancto dies sacra, gaudio laetissimo solemnis fuit. Auguria atque auspicia cleri populi universi, in privata sua bibliotheca venerandus Pontifex exceptit; aderant Patres cardinales, universaque Vaticanae aulae militia, necnon Carpineti natalis Pontificis opidi municipes legati, quibus benigne Leo cum singulis ad horam circiter conversatus, apostolicam benedictionem tandem est impertitus.

POPLICOLA.

LIBRORUM RECENSIO

L'indépendance des républiques Sud-africaines et l'Angleterre. Scriptis EDUARDUS NAVILLE. — Geneva, 1900.

Opusculum quinque in partes distinguitur, quarum prima de quaestione suffragii ad populi legatos eligendos, deque Transvaaliana libertate disserit, altera missionem Leyds doctoris examinat, tertia est de reipublicae Boerorum relationibus cum exteris, quarta de Boerorum armis comparatis; ultima salutaria, quae maxime scriptori videntur, consilia Boeris praebet. Qui quidem scriptor totus in eo est, ut demonstret bellum haud equidem ab Anglorum cupiditatibus excitatum, sed a Krüger, eiusque asseclarum dura cervice, qui ad suo ordini reipublicae moderationem unice asservandam, de libertate discrimen iniire supremum non dubitarunt, etsi nihil aliud Angli expeterent, quam ut advenis hospitibus in auri fodinis adlaborantibus post quinque annorum domicilium legatos eligendi iura traderentur. Quod Krüger nullimode concedere voluit, si Naville credamus, ne auctus deinde extra-

neis fautoribus popularis coetus sese e gubernio deiiceret. Leyds autem ceterosque Boerorum legatos cum in Europam vel in Americam appulerint, falsa spe deceptos esse scriptor optime monet; neque enim Gallis, neque Germanis ea est aemulatio cum Anglis, quae eos inducat ad fortunas suas bello periclitandas, neque Americani, quibus maxima cum Anglis coniunctio, id nunquam pro sua parte fecissent. Quare plausus et vota populorum multa legatis oblata sunt, at auxilia nulla, ita ut eorum legationis fructus recolligendus nullus sit, quam « verba, verba, praeterea nihil ». Ceterum Krüger primum ac Stein deinde acriter Naville incusat, illumque praecipue, quem putat quasi Hannibalem alterum a puero usque odium in Anglos atroci sacramento iurasse. Adeo enim, ut ipse ait, tenaciter atque callide armis et munitiones et exercitus paulatim paravit, ut dies tandem illucesceret, quo, pulsis ex extrema Africa Anglis, libera respublica Africanis tantum natis patens constitueretur. Res autem post prima fausta praelia cum potentissimo hoste infelicitate Boeris cessit; quare unum tantum illis praebendum consilium, ut a suprema ad velitationum tenacia desinant, seseque et suas respublicas victoribus tradant, ut si iam non licuit eas servare, bona et libertatem saltem, in aliorum ditione, retineant.

I. A.

AENIGMATA

I.

Quid est nobilis *priore parte*,
Quidve splendidius serenusve?
Illa tantum hominum genus ferarum
Anteit generi, remota quantum
Distant sedibus astra ab inferorum.
Signum est *altera* nunciumque pacis,
Eadem tui nitent ocelli.
Verbum si socies *utramque* in unum,
Exsurgam Phariis Deus colonis.

II.

Prima novos redeo Zephyro referente tepores;
Altera pars limo immundo caecoque volutor
Foedium animal, sed idem praedulcis agrestibus esca.
Totum aures valeo atque animos mollire feroce.

V. CAROLATO.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus cui titulus:

M. TULLII CICERONIS
ORATIO PRO REGE DEIOTARO
curante A. CINQUINI.

Aenigmata ann. III, n. XIII proposita his respondent:

1) Petasus - Petaso. 2) Rus - Crus - Crustum.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco, Th. Laureri, Roma - Guil. Schenz, Ratisbona - Ios. Lemette, Uvrier - V. Hertel, Mendhausen - Ios. Crosatti, Poiano Vallispanetanae in agro Veronensi - Vinc. Lakatos, Keszthely - Sem. Campaniense, ad Salernum - Th. Vinas, Sch. Piari, Tarrega - Car. Stegmüller, Sabaria - Alph. De Jaer, Poussel in Belgis - Herm. Gini, Tauriniis aquis - Ios. Wilhelm, Cantauria - Ios. Wabner, Varsavia - Hild. Guepin, S. Dominico de Silos, ad Burgos - A. Schneider, Turico - Mich. Vidal, Palma, in Maiorica insula - Fr. Sallarès, Sch. Piari, Sabadello - E. Schütt, Suetelena - G. Langenberg, Monasterio Guestph. - Fr. Perényi, Jászberény - Aug. Roberge, Chicot, in Canada - A. Chevénement, Nods - St. Figielksi, Ryphino - Ver. Cariolato, Vicentia - Ad. Huza, Grybavia - Petr. Garrone, Pezzana ad Vercellas - Alois. Cappelli, Senis.

Sortitus est praemium:

SEMINARIUM CAMPANIENSE,
ad quod missum est opus, cui titulus:

IOANNIS BERNARDI VIGI
DE SINDONE TAURINENSI CARMEN
curante VINCENTIO LANFRANCHIO.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii,

ese e gubernio deiceret.
m legatos cum in Eu-
int, falsa spe deceptos
que enim Gallis, neque
Anglis, quae eos inducat
, neque Americani, qui-
o, id nunquam pro sua
vota populum multa
lla, ita ut eorum lega-
it, quam « verba, verba,
rūger primum ac Stein
imique praecipue, quem
a puer usque odium in
Adeo enim, ut ipse ait,
munitiones et exercitus
illucesceret, quo, pulsis
res publica Africani tan-
Res autem post prima
hoste infelicit Boeris
praebendum consilium,
cia desinat, seseque et
, ut si iam non licuit
tem, in aliorum ditione,
I. A.

ATA

parte,
niusve?
enus ferarum
uantum
inferorum.
umque pacis,

que in unum,
colonis.

ferente tempos;
coque volutor
dulcis agrestibus esca.
s mollire feroce.

V. CARIOLATO.

nigmati interpret-
eratorem miserint
us, gratis accipiet

RONIS
DEIOTARO
IN.

posita his respondent:
- Crus - Crustum.

Guil. Schenz, Ratisbona -
dhausen - Ios, Crosatti,
i - Vinc, Lakatos, Kesz-
- Th. Vinas, Sch. Piar,
Alph. De Jaer, Poussel
- Ios, Wilhelm, Cantau-
rin, S. Dominico de Silos,
Vidal, Palma, in Maio-
dello - E. Schütt, Sue-
Guestph. - Fr. Perényi,
Canada - A. Chevénier,
Cariolato, Vicentia -
Pezzana ad Vercellas -

ENSE,
I VIGI
SI CARMEN
RANCHIO.
AMPI, iurisperitus.

et Socii.


PER ORBEM

SINT prima Aethiopum genti, quae novam tan-
dem humanitatis viam amplexata, eiusdem
potissimum sibi monumentum auspiciis faustis
constitutum solemniter celebravit. Ferreos enim
viarum axes tamquam tramites et ipsi iam habent,
per quos commercia humana artium, litterarum,
operum, disciplinarum ex uno in alium popu-
lum citissimo cursu communicant. Ex Gibuti,
Gallorum maritima colonia, ad Davanli octo su-
pra centum chm. nova via producitur, quam
primi legati persularunt ex Aethiopum sodalitio,
cui a ferreis sternendis viis nomen datum. Ato
Marcha, Ato Joseph Nigritarum imperatoris per-
sonam gerebat, populo frequentissimo stationis
locus nigricabat, cum novi currus profecti sunt,
perque Aethiopiae plagas primum late insonuit
fereae machinae sibilus, atque fumus auras
obnubilavit. Subsequabantur, aliquo post inter-
vallo, aliae veches, quae viros mulieresque dignitate
claras efferebant totius tramitis opus reliquaque
stationes invisiendi cupidos. His quidem post
septimum milliarium aquae piscinas, amoenis-
sima sata admirari licuit. Vigiles, statutis locis
ad viae limen stantes, elatis vexillis currus salu-
tabant, Aethiopes milites honoris causa custodiam
agebant; cumque tandem ad Davanli locum qua-
tuor post horis finis itineris fuit, ingens multi-
tudo conclamationibus plausibus strepebat.

Primo vespere augurale epulæ habita, atque
inter pocula Zaborowski, sodalitii censor, Angal-
vant, Gibuti praefectus, atque ipse Ato Marcha
suas orationes habuere atque salutationes Aethio-
pum regi persolverunt. Aurora autem illucescente
nuncius felicis eventus ad Menelik imperatorem
missus est.



Haec feriantibus Aethiopibus fausto auspicio
sese panderunt viae; at nostram Europam in-
colentibus nova semper infortunia per easdem
contigerunt. Ad Urbem, in Castri Iubilaei loco,
infelicissimo eventu ferrei currus, quibus et le-
gati nonnulli exterarum nationum ipsaque novae
reginae soror, ab regiis funeribus redeuntes, et
plurimi municipiorum Italiae magistratus Roma
cedentes pariter convehebantur, dum currus freni
cuiusdam vitio moram faciunt, a supervenienti-
bus aliis fracti, maximam viatorum cladem pro-
curarunt, quos inter Belgicus legatus fractum crus
retulit, et Vincentius Vannutelli, Divini verbi ad
orientales populos praeco notissimus, strenua
virtute doloris patiens, ad mortem usque vulnera-
tus est. Rex atque regina ad infortunii locum
summa nocte statim concurrentes, quae maxima
poterant solatia infelicitibus praestitere.



Similia ad Plewna urbem acciderunt; ad Lu-
tetiam Parisiorum autem veches repente e tra-
mitibus impetu horribili prosiluerunt, currus sar-
cinatorius binaeque viatorum veches non sine
multorum luctu fractae sunt. Ad Varsoviensem
urbem denique, ut minora huiusmodi infortunia
praeteream, currus qui Vindobonam proficis-
cantur simili clade e tramitibus in subiectam pla-
nitiam corruerunt.



Ad quas aerumnas tam saepe renovatas praec-
avendas nonnulli studia mentemque intenderunt.
Relatum alias fuit in nostro hoc commentario
excni Angeli Fiorini episcopi inventum; nunc
Eduardus Cros, fodinarum in Gallia machinarius,
suum novissime proponit, ut nimirum inter
noctis tenebras - quippe inter eas frequentius

huiusmodi mala superveniant - ex ultimo seriei
curru electricae lucis altissima radia emitantur
ad sex millia usque mensuram altitudinem. His
immo lucentibus radiis, a tanta longitudine pro-
spectis, signa etiam constituere liceat ut cum su-
pervenientibus muta verba quodammodo com-
municentur, damnumque aut periculum adesse
praemoneatur.



Verum tutiusne erit in aereostatico globo
iter? *Svenka-Dagblaget*, Stoccolmae urbis diarium,
Americanum legatum inibi degentem ex Cleveland
ab amico nuncium exspectatissimum apud omnes
acepisse tradit. Qui quidem cum elapsi mensis
Iulii die xiii inter latitudinis $47^{\circ} 37'$ et longi-
tudinis $43^{\circ} 27'$ gradus esset, Germanica lingua
exaratum chartulam invenit, cui Andrée nomen
scriptum, qua significabatur aereum viatorem
adhuc vivere, sed talibus detineri angustis, ut
citissimo auxilio indigeret. Verumtamen char-
tulam huiusmodi, quamvis omnes desiderarent,
nemo adhuc vidit...

VIATOR.

VARIA

Praecepta ad oculorum aciem servandam.

- I. Pupillarum vim aestima diligenter.
- II. Cum debiles inveneris vel infirmas, ad eas
reficiendas saepe quieti tibi indulgendum scias.
- III. Cura ut studia alterna vice commutes
adsidue.

IV. Si defatigatos nimis oculos senseris, aqua
leniter emollias.

V. Neque studio, neque vigiliis intendens ni-
mis candente lumine utaris, atque nunc sedens,
nunc stans, nunc deambulans, variatis motibus,
cum poteris, vaces.

VI. Post coenam vel prandium ne statim ocul-
lorum labori operam des, cave.

VII. Arctioribus strictioribus strophiis, col-
laribus, vel linteis fasciis, ne sanguis ad caput
nimio impetu refluat, abstinentum tibi mem-
neris.



Telephotographus.

Apparatu, quem telephotographum dico, recte
usi sunt Americani novissimo ad Cubam insulam
contra Hispanos bello, atque ipso longius adstan-
tes, quae apud munimenta erant sive militia,
sive operibus agerentur, notabant.

Crystallo photographico lenticulari addendum
est « negativum acromaticum », quo amplificatur
imago tribus ad minimum, octo ad summum dia-
metris. Hinc delineatur imago haud aliter ac si
toties diminuta distantia consideraretur. Tempus
ad nitidam hauriendam imaginem est inter quar-
tam et sexagesimam secundi momenti partem,
ad momentum secundum integrum.

Unicuique facile est apparatus photographi-
cum communem in apparatum telephotographi-
cum, addito illo acromatico negativo, conver-
tere.



Producendae vitae causa motus.

Nonagesimum nuper excedens annum in Amer-
ica, ad Bangor, decessit Maria Hartey inter via-
tores, quamvis viros, celeberrima; haec enim
quotannis, ab anno 1824, septingentorum et vi-
ginti chilometrorum iter (totidem enim sunt inter
urbes Bangor et Neo-Eboracum) pedes vincebat;
quod semel iter inivit admirationis et obsequii
verba ad Lafayette exercitus ducem latura, ob
americanam libertatem armis consilioque partam.

Hinc facile cuvis intospicere, quinquaginta et
octo chilometrorum millia, ac ducenta insuper
chilometra viae praetervectam quum accederet,
totidemque quum rediret, super sexdecim ac cen-
tum chilometrorum millia hanc excessisse. Quid
si addemus ea, quae circumiens quotidie obibat
in patria? Sui autem iudex, longaevam aetatem
itinibus suis tribuebat.



Stilitane alter?

Attritis calcis, et vestibus paene consumptis
ad me venit nuper epistola, iamdiu diritorio
credita. Quo abhinc tempore? Nempe ab eo,
quod Hagae vidit omnium legatos gentium de
perpetua pace populorum et regum acturos.
Iuxta regias aedes in fundo, cui nomen Domus
Nemoris, conditas, et in quibus legatorum ha-
bitus coetus, ingens quercus est in profundissimo
silvae, cui quindecim a solo pedibus, ubi a trunco
patescunt rami, cubiculum superimponitur octo
spatians latitudine pedes, altitudine decem. Hic
Batavus a vicennio habitat, dynastes Herr Van
Hyussen, veteri regi Wilhelmo Batavo in primis
familiaris, domesticus, intimus. Repente abdicatis
honoribus, divitiis, quippe praediis et pecuniis
pollebat, ex animoso et alaci et festivo, factus
repente est humili, demissus et moestus; quae
moveri poterant e bonis vendidit, quae moveri
non poterant, praedia scilicet, curatore conti-
nuit; ipse, valedicens famulis, illuc ivit habita-
tum, ubi et nunc est, nec unquam discedit.
Num Simeon Stilita novus? Docebit nos tempus.



Nova medicinae ratio.

Bostonii in America quidam Evates est, de-
cies centena millia plura possidens, medicos
religiouse consulens quoties aegrotet, et fide
summa a pharmacopolis remedia praescripta
sibi comparans. Haec vero sive chartaceis the-
cis, sive phialis includerentur, ne oculo quidem
unquam attigit, sed eadem fide ac religione in
cella quadam suea domus integras, inviolandas
que dispositus. Nunc tertium ultra annum octua-
genarius est, et adventantibus ostendit amicis se
vixisse fere in senium, et ultra progredivelle,
servatis ita medicorum mandatis, ut nihil de iis
sumeret, quae praescripsissent. Sic indicat mille
et nonigentas ampullas vitreas pharmacis unda-
ntes; mille ac tercentas supra septuaginta the-
cas hypocratici plenas pulveris cuiusvis moris
et generis; demum septuaginta super octingentas
pillularum sitellulas. — Quae omnia — inquit —
si absorbussem, numquid hactenus vixisset?



Ioci.

Qualis erat, quantum et mutatus ab illo...!
Wilhelmus, imperator germanicus, recensurus
militum suorum centuriam, nuper, arridente sibi
indole, plura a quovis petebat. Tum iuveni cui-
dam ex gregaris, optima tamen vultu pollicenti:
— Quomodo vocaris? — ait. Tum ille: — An-
drée, Caesar. — Perculus nomine Wilhelmus
addit: — Hercule! nomen illustre; ita enim qui
polum ad arcton scrutatus aeronavi dissestit,
appellatur. — Iam Augusto miles: — Et probe
ego ista sciebam. — Nunc autem spe Wilhelmus
elatus, propterea quod hunc ex Andreiana gente
sperabat, instare: — Ecquis te de hisce monuit? —
Heu casus Icaro deterior! — Centurio meus haec
mihi, o Caesar, narravit; quotidie enim, ubi me
secum habeat, exclamat: « O me felicem, si se-
cum Andreieus una te in aeronavi rapuisset! » —
Stomachatus Caesar in reliquos praeterit.

P. d. V.

Desclée, Lefebvre & Soc.

ROMAE - VIA S. Chiara, 20-21 - ROMAE

Nuperrime ediderunt opus, cui titulus:

VITA DELLA SERVA DI DIO
PAOLA FRASSINETTI

FONDATRICE DELLE SUORE DI SANTA DOROTEA

Scripsit Alphonsus Capecelatro, S. R. E. Cardin., Archiep. Capuan.

Vol. in-8 (pag. 540) venit Libell. 4.50.

Nuperrime prodierunt

CONSTITUTIONES LEONIS XIII

SUPER

IUBILAEO UNIVERSALI ANNI MDCCCC

COLLECTA EDIDIT, QUIBUSDAM ADNOTATIONIBUS ADDITIS
IN COMMODUM PRAESERTIM CONFESSARIORUM

THOMAS ARIZZOLI

Missionarius Apostolicus Imperiali, S. Poenitentiariae officialis.

e i . lib. 1

apud commentarii VOX URBIS Administratorem.

Pro sociis comm. Vox Urbis Lib. 0.50

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt *apud comm. VOX URBIS Administratorem.*

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

PHILIPPUS VITI EQUES

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina, N. 51 e 52 - ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA
AEDICULAS

uti patet ex operibus erectis ac refectis
in Basilica Lateranensi,
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,
Eudoxiana, etc.

T. G. Fratrum PARISI
CANDEALARUM AD SACRA OPIFICIUM
PRAEMIIS INSIGNE


AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium
recognitionibus publi-
ce habitis maxima re-
lata munera.

LEO PP. XIII
honores addidit

Lateranensi Archi-
basilicae, itemque Va-
ticanae, quoties de Bea-
tificatione aut de Cano-
nizatione solemne sit.
suppediat.



Praincipia Tempa
cereis instruit ubique
terrarium. In Asiam,
Africam et urbem Con-
stantinopolim mittit
ingentia rerum huius-
modi pondera, pretio
frances 190 pro singulis
100 Chilogramm.

Si vero ab America
aut ab Australia petan-
tur onera (300 Chilo-
gramm. *ad minimum*),
pretium erit *frances* 225
pro 100 Chilogramm.

Nullo impendio iubentum
res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur

Cuivis quaerenti explicatio erit uberior.

LE LAUDI LATINE
E
IL CANTICO DEL SOLE

DI
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam paeftiunculam a Paulo Sabatier, viro
rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latine cum inter-
pretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita,
quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem
proxime ali subseuentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* compa-
randam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima
editit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis Administrationem* venit
L. 0.50, in pauperum levamen.

Giapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE